



P

271

B6







DE  
**NOMINUM GENERIBUS**  
**LINGUARUM AFRICAE AUSTRALIS ,**  
**COPTICAE, SEMITICARUM ALIARUMQUE**  
**SEXUALIUM.**

---

SCRIPSIT

*Wilhelm Heinrich Immanuel*  
**GUILELMUS BLEEK.**

---

**BONNAE**  
APUD ADOLPHUM MARCUM  
A. MDCCCL.

P 271  
3a  
.B6

224033-K17106

224033-K17106  
224033-K17106  
224033-K17106

124033  
208

21

## CONSPECTUS CAPITUM.

---

	pag.
I. De nostra quaestione proposito deque eius auxiliis . . . . .	1
II. Quomodo nomina in genera divisa sint . . . . .	8
III. De forma praefixorum quae in Magna stirpe Africæ australis nominibus effingendis inserviunt . . . . .	10
et quomodo praefixa pluralia singularibus respondeant . . . . .	12
IV. De tribus praefixis quae cum praepositionibus comparanda sunt . . . . .	16
de decimosexto genere nominum . . . . .	16
de decimoquinto genere et de vocalis stirpium finalis vi .	17
de tertio genere . . . . .	20
V. De primo genere ad nomina hominum restricto . . . . .	22
VI. De septimo genere et de verborum formis causativis . . . . .	27
VII. De quinto genere et de verbis relativis . . . . .	31
de undecimo genere et de verbis inversivis . . . . .	33
de decimoquarto genere (nominum déminutivorum) . . . . .	34
de tertiodécimo genere (nominum abstractorum et collectivorum) . . . . .	35
de nono genere et de litteræ nasalis vi . . . . .	35
de praefixis pluralibus . . . . .	38
de secundo genere . . . . .	38
de sexto genere (nominum pluralium et collectivorum) . . . . .	38
VIII. Quomodo nominum genera in Magna stirpe Africæ australis numero deminuta sint . . . . .	39
De forma suffixorum quorum auxilio Hottentoti nomina con-fingunt . . . . .	40
de suffixo nominum masculinorum singularium . . . . .	41
de suffixo femininorum singularium . . . . .	42
de suffixo femininorum pluralium . . . . .	43
de suffixo masculinorum pluralium . . . . .	43
de suffixo masculinorum dualium . . . . .	43
de suffixo communium singularium . . . . .	43

	pag.
et de ceteris suffixis nominum . . . . .	44
de generum diversa notione . . . . .	44
de genere communi singulari amisso . . . . .	44
<b>IX. De hominum nominibus quae in Magna stirpe Africae australis ex aliis generibus ad primum (singulare) et secundum (plurale) transferuntur . . . . .</b>	<b>44</b>
de imperfecta coniugatione Hottentoticae et Magnae stirpis linguarum . . . . .	46
de analytica Copticae coniugationis ratione . . . . .	47
de generibus nominum Copticorum . . . . .	48
de generum signis quae pronomina sunt . . . . .	49
deque eis quae nominibus formandis inserviunt . . . . .	51
<b>X. De generum signis Semiticis quibus nomina conficta sunt</b> . . . . .	<b>52</b>
de pronominibus Semitarum . . . . .	53
de generum signis in lingua Gallaea . . . . .	55
de generum signis in lingua Berberica . . . . .	56
Conclusio . . . . .	56
Tabula I. generum signa complectens . . . . .	58
Tabula II. genealogica . . . . .	59
Epilogus . . . . .	60

## I.

Haud dedita opera excogitata esse videtur ratio qua in nostris linguis tria nominum genera distinctā sunt. Quid enim in inanimatis sexualis distinctio sibi velit, non liquet. Quare cum linguae e Latina oriundae neutra omnia masculino attribuentes a matris virtutibus recesserint, suo iure Angli neutrum genus ad omnes res rettulisse videntur. Prorsus autem ut illae plurimae Africae quoque septentrionalis et Asiae occidentalis linguae nomina omnia in sexualia genera distribuunt, dum qui Capiti Bonae Spei accolunt Hottentoti tertium insuper habent, quod commune vocare aptum videtur. Praeter has nullae, quod sciam, linguae sexualem distinctiōnem ad nomina inanimorum transferunt, sed sexus ratione a grammatica habita, ut in lingua Indiae australis, quam Tamulicam dicunt, et in Vascica, ad solos ratione praeditos pertineat necesse est <sup>1)</sup>.

Linguae autem quotquot praeter Hottentoticam in Africa australi innotuerunt, cum sexualibus in eo congruunt, ut omnia nomina in genera a natura non distincta divisa sint. Olofiae quoque aliisque Africae occidentalis linguis idem proprium esse dicitur <sup>2)</sup>, de quarum structura mihi parum liquet.

Iam vero explananda est ratio, qua in istis quibus trans

---

1) Anderson, *Tamül Grammar*, London 1821. §. 45. — Humboldt in *Mithridatis* tomo quarto, pp. 325—330. —

2) Steinthal, *de pronomine relativo*. Berolini 1847. 8. pp. 56—64.  
— Confer etiam *inferius c. VII.* in fine.

circulum aequinoctiale utuntur indigenae linguis nomina in genera distributa sunt, ut distinctionis illius sexualis perspiciat origo. Quare in conscribenda hac commentatione id praecipue egimus, ut appareat quomodo nomina et pronomina cum in his linguis efficta sint tum in Hottentotica, quae e sexualibus primilivam condicionem maxima cum fide retinuit.

Hottentotici sermonis cognoscendi copiam nobis dedit Evangelium Lucae in linguam Namorum auxilio indigenarum interpretum a missionario societatis Rhenanae H. C. Knudsen Noruego conuersum <sup>3)</sup>, cuius exemplar domo eiusdem societatis praefectus vir humanissimus Wallmannus benevole mecum communicavit, quem maxima qua studia mea adiuvit liberalitate summopere me devinxisse grato animo profiteor.

De dialecto gentis Hottentoticae, quam Korana vocant, notitias grammaticas Appleyardus e manuscripto missionarii Berolinensis Wuras libro compilavit <sup>4)</sup>. Sed neque hae sufficient ad linguae condicionem omni ex parte perspiciendam, neque sermo puritatem Namicam accedit: quare ad huius dialecti formas paene solas respeximus.

Ex aliis Africæ australis linguis, quas omnes eadem stirpe progenitas esse constat <sup>5)</sup>, Cuanicae praecipuam operam navavi, quam quo addiscerem usus Novo Testamento et

---

3) 'Gai. 'hoas sada 'Kub Jesib Kristib dis, .zi 'naizannati. Cape Town.

Printed by Pike & Philip 59 St. George's - street. MDCCCXLVI. 8.

4) Appleyard §. 11. pp. 17—26; confer etiam §§. 4—10. (vide infra nonam annotationem). —

5) Confer Pott: Die Sprachen vom Kaffer- und Kongostamme in Zeitschrift der deutschen morgenländischen Gesellschaft II. 5—26, 129—158; v. d. Gabelentz in eadem I. 241.; Wilson: Comparative vocabulary of some of the Principal Negro Dialects of Africa in Journal of the American Oriental Society I. 341—381; Grout: The Zulu and other Dialects in eodem I. 397—433; Gumprecht: Ueber den grossen südafrikanischen Volks- und Sprachstamm in Monatsberichte der Gesellschaft für Erdkunde in Berlin. Neue Folge: Sechster Band Mai 1848—49. Berlin 1850. 8. pp. 142—191; et praecipue Appleyard §§. 12—23. pp. 26—64; 377—383.

Psalmis a Moffato editis <sup>6)</sup>). Pauca praeterea Casalis <sup>7)</sup> me docuit, qui de orientali huius linguae dialecto Sesuto vocata scripsit, dum illi libri gentium occidentalium usui inserviunt, ad quarum linguam spectantem grammaticum Archbelli librum <sup>8)</sup> inspicere mihi nondum contigit.

Cuanis tum terrae situ tum gentis origine proximi sunt Kafiri, quorum lingua, cum paululum tantum mutatis sonis priores rationes grammaticas optime servavit, ad has perspicendas maximi momenti esse videtur. Quare summopere gaudeo, quod haec lingua accuratissime uberrimeque tractata est grammatico *Appleyardi* libro <sup>9)</sup> eoque tali, quales ut de omnibus linguis mox praesto sint, litteris nostris maxime optandum est. Huic igitur viro quantum debeam, vix possum dicere, quamquam linguae naturam non tam explicasse, quam eius lineamenta descriptsisse dicendus est. Ad quam Appleyardi opus spectat dialectum gentis vocatae Amaxosa — quibus

- 
- 6) Kholagano enca ea Yesu Keresete, eo e leň moréna oa rona le morebuluki: e e hetolecoen̄ mo puon̄ ea Secuana. London e gatisericoe phuthegélo ea go halaletsa bibelia mo Beritaneň le mo mahatsiň a maňue ki W. M. Dowall. 1840. 8. — Buka ea lipesalem tsa Davida, khosi le moperofeti mo Yeserelen̄. E e hetolecoen̄ etc. 1841. 8. — Eiusdem Moffati catechismus Cuanicus (London 1826. 16.), qui Wallmanni beneficio mihi praesto est, auctorem prodit haud satis linguae peritum.
  - 7) Etudes sur la langue Séchuana par Eugène Casalis missionnaire Français à Thaba-Bossiou, dans le pays des Bassoutos (Afrique méridionale) précédées etc. Paris MDCCCXLI. 8.
  - 8) S. Archbell's Bechuana grammar. Grahamstown. 1837. 8. (confer Appleyard p. 35.)
  - 9) The Kafir Language: comprising a sketch of its history; which includes a general classification of South African dialects, ethnographical and geographical: remarks upon its nature: and a Grammar. By the Rev. John W. Appleyard, Wesleyan missionary in British Kaffraria. King William's Town: printed for the Wesleyan Missionary Society: sold by Godlonton and White, Graham's Town, Cape of Good Hope; and by John Mason, 66 Paternoster Row, London. 1850. 8.

vicinis coloniae Capensis quintum nunc cum Anglis bellum est — , in eandem quoque conversum Evangelium Ioannis<sup>10)</sup> inspicere licet: sed hunc librum ad linguas barbarorum cognoscendas haud multum utilitatis afferre, iam explanavit Humboldtus<sup>11)</sup>.

Puriore etiam quam hi sermone gaudet gens Kafirorum rebus bellicis famosa a Colonia Natali septentrionem versus habitans, cui Amazulu nomen est. De eorum lingua duas Americanorum Grout et Bryant commentationes<sup>12)</sup> ad manum habeo: quorum uterque eandem rationem tractandi grammaticam sequitur, quam Appleyardus, qui eam e primo libro grammatico Kafirico profectam esse profitetur<sup>13)</sup>. Quare vehementer doleo, quod neque hunc librum<sup>14)</sup> neque Cuanicam

- 
- 10) Igospeli engcwele gokubhala kuka - Yohanesi. Emtati. J shici-  
lewe gesishicilelo saba - Wesli. 1844. 8. Hunc librum atque duos  
tironum in usum compositos libellos (Ennqushwa 1841. 8. impres-  
sus) una cum exemplari commentariorum Kafiricorum 'Isitunywa  
sennyanga. Eqonci. The monthly messenger. Printed and pub-  
lished at the Wesleyan Mission Office, King William's Town, Bri-  
tish Kaffraria, Wednesday, September 11th. 1850.' inscriptorum  
Wallmanno debo. Illi libri non eadem omnino orthographia utun-  
tur, quam hic et Appleyardi opus, sed hac in re cum vocabu-  
lario congruere videntur quod nunc nactus sum: A vocabulary  
of the Kafir Language by John Ayliff Wesleyan Missionary in  
Kaffraria. London; sold on the Wesleyan Mission - House, Bi-  
shopsgate-street-within. 1846. Price Five Shillings. 12. pp. VIII. 218.
- 11) Ueber die Kawisprache. Dritter Band. p. 436. —
- 12) Bryant: The Zulu Language, Grout: The Zulu and other Dia-  
lects, in Journal of the American Oriental Society I. 383—433.  
Praeterea hoc universitatis Christianae programma frustra mihi  
comparare studui: Grammatik for Zulu - Sproget, forfattet of H.  
P. S. Schreuder, ordin. Praest, og norsk Missionær i Sydafrika.  
Med Fortale og Anmaerkninger af C. A. Holmboe, Prof. i de  
österl. Sprog. Christiania. 8. pp. VIII. 88.
- 13) Appleyard §. 24. —
- 14) W. B. Boyce's Grammar of the Kafir language. Graham's Town.  
1834., de qua W. Schottius in 'Magazin für die Litteratur des

Archbelli grammaticam, quae eandem Casali ignotam viam ingredi dicitur<sup>15)</sup>, in usum meum convertere potui. Hanc autem rationem grammatica illustrandae haud convenire iam professi sumus.

A Cuanorum gente separati vastis solitudinibus, quibus Kaligari nomen est, in confinio Namorum habitant Hereri, quorum lingua cum Angolensi, Congensi ceterisque orae occidentalis linguis ad alteram huius stirpis familiam pertinet, quae ad altiorem gradum, quam Kafiricus et Cuanicus sermo evecta, nonnulla tamen pristina reservavit, quae in hoc utroque iam deperdita sunt.

De Congensium grammatica optime meritus est Vetralla<sup>16)</sup>, dum quae de lingua Angolensium a praefecto missionum Cannecattim conscripta sunt<sup>17)</sup>, levitatem produnt

---

Auslandes. Berlin, 1844. Nr. 54. p. 213—214. egisse dicitur.  
Hanc secundo a W. J. Davis auctam et emendatam una cum brevi phrasium libro et vocabulario editam esse in Anglia, Appleyardus memorat (p. 46). —

15) Appleyard p. 59. annot. 48., Krapf Outlines etc. (vide infra vicesimam annotationem) pp. 3. \*\*), 29. —

16) Regulae quaedam pro difficillimi Congensium idiomatis faciliori captu ad grammaticae normam redactae a F. Hyacintho Brusciotto à Vetralla Concionatore Capucino Regni Congi Apostolici Missionis Praefecto. Romae. Typis S. Congr. de Prop. Fide. Anno MDCLIX. Superiorum permissu. 8.

17) Diccionario da lingua Bunda ou Angolense, explicada na Portugueza, e Latina, composto por Fr. Bernardo Maria de Cannecattim, Capuchinho Italiano da Provincia de Palermo, Missionario Apostolico, e Prefeito das Missões de Angola e Congo. Lisboa, na Impressão Regia. Anno M.DCCCIV. Por Ordem Superior. 8.

Colleção de Observações grammaticaes sobre a Lingua Bunda ou Angolense compostas por Fr. Bernardo Maria de Cannecattim, Capuchinho Italiano da Provincia de Palermo, Missionario Apostolico, Ex - Prefeito das Missões de Angola e Congo e Superior actual do Hospicio dos Missionarios Capuchinhos Italianos da Lisboa. Lisboa, na Impressão Regia, Anno MDCCC.V. Por ordem Superior 8.

tali viro indignissimam. Sed multo facilius in hanc linguam inquirere possumus adhibito catechismo, cuius alteram editionem <sup>18)</sup> una cum illis grammaticae libris beneficio viorum humanissimorum, qui bibliothecis Berolinensi et Bonnensi praefecti sunt, nactus propria manu descripsi.

Acrius autem studium quam his libris Hererorum dialecto mihi navandum esse putavi, cum et lingua maiore constitute praedita sit, et libri praesto sint, qui diligenter et accurate exarati videantur <sup>19)</sup>.

Linguae, quas Krapfius in ora orientali repperit, eidem familiae cum occidentalibus attribuendae videntur, quantum quidem ex eius notitiis <sup>20)</sup> dijudicare licet.

Praeter has vix ullam huius stirpis linguam attigi, idoneis plane destitutus subsidiis, quae eis, qui universa sibi comparare student, ex omnibus paene orbis terrarum partibus

- 
- 18) Gentilis Angolae Fidei Mysteriis Lusitano olim idiomate per R. P. Antonium de Couto, Soc. Iesu Theologum; Nunc autem Latino per Fr. Antonium Mariam Prandomontanum, Concionatorem Capucinum, admod. Reu. Patris Procuratoris Generalis Comissarii Socium, Instructus atque locupletatus. Romae. Typis S. Congreg. de Propaganda Fide. MDCLXI. Superiorum permisso. 4.
  - 19) Omahungi oa embo ra Iehova na omaimpuriro mo Otjisherero. Ohona ja Kape: Tja kamua i S. Sozomon nomukuao. 1849. 8. Has narrationes biblicas a missionariis societatis Rhenanae conscriptas Wallmanni liberalitas mihi suppeditavit.
  - 20) Outline of the elements of the Kisúáheli Language with special reference to the Kinika Dialect by the Revd. Dr. J. L. Krapf, Missionary of the Church Missionary Society in East - Africa. Tübingen, printed by Lud. Fried. Fues. 1850. 8. — Vocabulary of Six East - African Languages (Kisuáheli, Kinika, Kikámba, Kipokómo, Kihiáu, Kigállá) composed by the Revd. Dr. J. L. Krapf, Missionary etc. etc. Tübingen etc. 4. Quos libros Tubinga frustra petitos gaudeo mihi praesto fuisse G. Bunsenii viri humanissimi benivolentia, a quo nunc etiam hunc librum accepi: Evangelio ta yunaolete Malkosi. The Gospel according to St. Mark, translated into the Kikamba Language, by the Revd. Dr. J. L. Krapf, Missionary etc. Tübingen etc. 8.

conquirenda sunt. In India enim orientali non minus et in America, quam Lisboae, Romae, Parisiis, Londini, Christianiae, et in nostra patria, ipsaque in Africa tam in colonia Capensi, quam in ipsis finibus Kafirorum, Cuanorum, Hererorum et ad Gabuni ripam libri hisce in linguis deque eis prela subiisse dicuntur. Sed nos hae copiae eo minus vexant, cum multum absit, quin ea quae praesto sunt auxilia exhausterimus.

Scribendi modum eum semper retinuimus, qui in libris ipsis observatur, e quibus tenendum est Angolenses et Congenses Lusitanam, Herericos et Namicos Germanicam expressisse orthographiam. Cuani vero et Kafri in consonantibus Anglorum, in vocalibus nostratium pronuntiandi normam sequuntur.

Kafirorum poppysmatis exprimendis litterae alphabeti supervacaneae inserviunt, quae quomodo notis a Lichtensteinio<sup>21)</sup> atque a missionariis Schmelen et Knudsen ad significanda Hottentotorum poppysmata adhibitis respondeant, haec tabula docebit:

1. Licht.	2. Schm.	3. ex manu-scripto 1844.	Knudsen 4. Lucas 1846	5. Kafir.
t' <sup>1</sup>	—	.	.	c
t' <sup>2</sup>	,	,	,	x
		"	"	q
t' <sup>3</sup>	~	:	:	

Ad nos quartum tantum et quintum scribendi genera pertinent. Sed punctum illud superscriptum, poppysmatis notam, cave ne confundas cum isto, quo subscripto syllaba insequens de nare pronuntianda est.

21) Allgemeines Archiv für Ethnographie und Linguistik von Ber-  
tuch u. Vater 1. Band. Weimar 1808. 8. p. 273.

III.

Ad duplicem igitur stirpem linguarum Africae australis spectat commentatio nostra, Hottentoticam et eam, quam *Magnam* vocare haud e re esse videtur. Utraque vero stirps ita comparata est, ut, quamvis ne unius quidem vocis communem originem defendere ausim, tamen haud dubitem, quin ex eadem radice ortae sint: cuius quae lineamenta tam dissensione filiarum, quam consensu produntur, plurima humilissimam matris condicionem praese ferunt. Elementorum enim, quae materiam formamque orationis indicant, fere non distinctorum structura vix ulla lege determinata fuisse potest: sed voces eodem paene ordine ex ore loquentis prorumpabant, quo notiones quarum imagines erant animo essent informatae. Nam Hottentoti cum paucas adhuc voces una comprehensione complecti possint, tum ne ad amplificandas coagulandasque diversas sententiae partes satis idoneis legibus obtemperant: quam licentiam in communi matre maiorem etiam fuisse oportet, cum quae in Hottentotica lingua strendi voces sententiasque normae apparent, eadem non oīnes in altera stirpe reperiantur.

Quod autem attinet ad nominum genera distinguenda, hoc inde pendet, quod omne nomen derivatum est, et ea, quacum effectum est, particula pronominis vice adhibetur: quare quae eundem in modum derivata sunt, eodem quoque pronomine utuntur ad idem genus pertinentia. Quam hodiernam harum linguarum condicionem facile ad rationes revocare licet, quae a nostratium quoque consuetudine non abhorreant. Ad repellendam enim vocem, cuius vis iam a nobis definita est, ipsa per se sufficit, utpote qua circumscripta illa notio comprehendatur. Non eadem omnino ratio est, ubi iam in unius vocis formam elementum determinandum cum determinante coaluit: et ut compositi vice determinanda eius pars fungatur, licet a nostris quoque linguis haud alienum sit, fieri non potest, ubi, cum haec vox separata non inventitur, compositum iam in derivati speciem abiit. In linguis

autem Africae australis haec pronominum tertiae personae configendorum ratio a compositis ad derivata transiit, quorum partes determinandae, cum separatae nominum vim amissent, pronominalē notionem retinuerunt: quasi apud nos voces *bildung*, *schönheit*, *schicksal*, *verständniss*, *rechtlichkeit*, *königin* syllabis *ung*, *heit*, *sal*, *niss*, *keit*, in pronominum loco uterentur. Pronominum generumque numerus, olim sine dubio infinitus, determinalus est, ubi in derivatorum speciem omnia nomina transformata sunt: quare tot exstitere genera, quot particulae nominibus conformandis inserviunt.

Etiamsi igitur haud consulto factum sit, ut nomina in genera distributa sint: orta tamen ista eorum distinctione animus eo inducebatur, ut hanc discriminibus naturae adaptaret. Quare in eligendis generibus, quae retenturi erant, ea praecipue invaluit ratio, ut unicuique singulari plurale respondeat: cum lingua antea numerum haud aliter distinxisse videatur, ac nos in vocibus ‘navis: classis, homo: populus, iuvenis: iuventus, domus: vicus, miles: exercitus, sestertius: denarius’. Sic Hottentotica lingua non tantum unicuique trium generum singularium plurale, sed duobus etiam dualia opposuit. Dualis numeri in linguis Magnae stirpis nulla remanserunt vestigia, neque genera singularia et pluralia aequa atque in illis sibi respondent: qua quidem in re Cuani et Kafiri etiam ab Hereris et Congensibus superantur.

Idem genera nominum in rerum naturae congruum modum discernendi studium Magna stirps duo genera, singulare et plurale, solis hominibus attribuendo demonstravit. Quibus enim nomina horum generum configuntur particulis, eas primitiva notione hominem indicare haud verisimile est. Quare cum hae linguae olim omnes in eo consenserint opteat, quod adhuc Hottentoticae et Cuanicae remansit, ut nomen adiectivum addito solo pronomine cuiusvis generis substantivo huius generis attribuatur, facile omnis multitudo nominum, quae ad ista duo genera pertinent, primitus adiectiva tantum nominum ‘homo’ et ‘homines’ fuisse possunt, quae substantivorum vim acceperunt.

Similisque fuerit ratio linguae Hottentoticae oportet, in qua omnia genera ad sexus discriminem spectare videntur. Cum enim tamquam casu factum esset, ut quae virum et feminam significarent voces, non eisdem particulis derivativis conformatae essent, sexus distinguendi sensus adeo acuebatur, ut ad tertium quoque genus singulare inclinaret, et pluralia dualiaque genera singularibus congrua reddere studeret. Quo factum est, ut Hottentoti in numero singulari et plurali praeter masculina et feminina substantiva etiam communibus utantur, in duali autem solis masculinis et communibus, quae femininorum quoque loco proferuntur.

Ex qua generis grammaticae distincti origine, cuius quae vestigia remansere, infra explicabuntur, perspicere licet, unde evenerit, ut hoc discrimine ipsa inanimata affici videantur. Sed haec priusquam exponentur, genera nominum Magnae stirpis illustranda sunt, et particularum, quae hic nominibus effingendis inserviunt, quae vis sit et origo eruendum.

### III.

Linguarum Magnae stirpis proprium est, ut, cum cetera derivata suffixis conformatur, nomina praefixis insignia sint: dum Hottentoti in omnibus derivatis suffixa adhibent. Quae differentia unde evenerit explicaturo ad primitivam harum linguarum condicionem respiciendum est, cuius in struendis vocibus sententiisque licentia supra exposita (p. 8.) mox ea lege terminata sit oportet, ut quod loquenti gravissimum videatur praecedat, nimirum quia hoc primum saepissime cogitationem subibat. Quare cum stirpes vocum gravioris plerumque momenti sint, quam particulae, quae separatae non inveniantur, voces derivatas suffixorum auxilio formandas esse nil repugnat. Primitiva autem ista constructionis lex non analogiis tantum ex ipsa oriundis mutabatur, sed accentus quoque vi maxime perturbari poterat. Fine enim vocum cum accentu elato leviora non amplius postponenda, sed praefi-

genda sunt. Quare ut nominibus effingendis linguae Magnae stirpis praefixa adhibeant, accentu, qui partis finalis momentum augeat <sup>1)</sup>, iam constituto, effectum esse videtur. Neque praefixa tam arcte cum stirpibus coniuncta sunt, quam suffixa, in quibus affigendis permultae euphoniae leges observantur.

Praefixorum vero hae formae, quae ad Zuluicam Kafirorum dialectum pertinent, Appleyardo primitivae visae sunt:

*umu, umu, ili, isi, in, ulu, ubu, uku,  
aba, imi, ama, izi, izin;*

e quibus cum bisyllabae parem in utraque syllaba praebent vocalem, de simplice earum natura vehementer dubitandum est, unaque vocalium ex altera reduplicata manasse videtur. Cuius rei quae ratio sit, facile perspici potest, si cum istis formis eas comparas, quas Appleyardus (§. 114.) causales appellat :

*ngumu, ngumu, lili, sisi, yin, lulu, bubu, kuku,  
ngaba, yimi, ngama, zizi, zizin.*

Cui enim constat Cuanos particula *ki* praeposita eundem omnino nominum casum quem Kafiros his praefixorum forma indicare <sup>2)</sup>, haud dubitabit, quin in *lili*, *sisi*, *lulu*, *bubu*, *kuku*, *zizi* praepositionem *ngi* <sup>3)</sup> abiectam esse censeat, cui in *ngumu*, *ngama*, *ngaba* reduplicati praefixi consonans ces-

1) Perpaucis exceptis vocum omnium penultimam syllabam cum accentu efferunt Kafiri (Appleyard §. 65., Grout. p. 401.); ceterumque huius stirpis linguarum, de quibus mihi constat, ratio haud diversa est. Quam autem gentem Krapfius (Outlines etc. p. 24., Vocabulary etc. p. VII.) ait accentum quam maxime ad vocum principia retrudere, haec novam rem instituisse videtur, cum quae isto vocabulario insunt formae Kambaeae, si cum Kafiricis comparas, pleraque mutilatae videantur, licet linguae condicio purior sit, quam quae propiores orae audiuntur dialecti (Suáheli, Nika).

2) *Ngabantu = ki bathu*, ab hominibus, *sisifuba = ki sehuba* pectori. Pro Cuanorum *ki* Hereri *i*, Suahelii *ni* dicunt.

3) Nam Cuanicum *k* plerumque Kafirico *ng* respondet.

serit. Ex illis vero, in quibus haec consonans remansit, formis manifestum est, Kafirica praefixa omnia ad reduplicatas formas revocanda esse, quorum prima littera plerumque abiecta sit. Duplicis autem praefixi vis ea esse videtur, ut posterius nomini effingendo inserviat, cum prius pronomen sit, eundem in modum additum, quo a nobis articulus nominibus praemittitur. Quare si nomina vocative dicuntur, isto articulo omnino carent, ad quem casum simplices praefixorum formae pertinent: in quibus autem ne quis primitivas ubique reservatas esse credat, sed eas ipsas iam mutilatas esse posse, eo docemur, quod pro praefixo absoluto *in* (causal<sup>i</sup> *yin*) in casu vocativo *n* dicitur: quas formas explicandi frustra certam quaeris rationem. Comparata quidem forma *um*, in quam Kafiri plerumque praefixum *umu* contrahunt, *in ex i-ni* ortum esse videtur, et eadem ratione, qua *yimi* pro *ngi-mi-mi* dicitur, *yin* ad *ngi-ni-ni* revocandum esse. Forma contra huius praefixi *en*, quae apud Cuanos quorum nomina semper praeterea articulo carent, exstat, initialem potius quam exeuntem formae *ini* vocalem tueri videtur: sed cum in universum formis linguae Cuanicae minus fidei habendum sit, quam Kafiricis, dubius haereo, utrum illius praefixa simpliciora, an ex amplificatis mutilata censem. Quare de praefixi *in* (*en*) simplici et primitiva forma certi nil constare, nobis profitendum est.

Sicuti Kafiri pronomine, ita Hereri particula demonstrativa *o* (cuius in pronominibus demonstrativis conformandis creberimus usus est) praefixa, nisi vocative vel indefinite adhibentur, omnia nomina insigniora reddunt: sed cum plurima nomina in statu definito tantum reperiantur, nos hanc eorum formam semper exhibuimus, a qua articulum secernere haud difficile est, cum unum tantum praefixum *ri* cum isto *o* in *e* contractum sit, in ceteris autem et articulus et praefixum immulata remaneant.

Hereri sedecim generibus nominum praefixisque nomina formantibus gaudent, quorum pluralia quomodo singularibus respondeant, haec tabula demonstrat:

sing :	1 <i>omu</i>	3 <i>omu</i>	5 <i>e</i>	7 <i>otji</i>	9 <i>on</i>	11 <i>oru</i>	13 <i>ou</i>	14 <i>oka</i>
plur:	2 <i>ova</i>	4 <i>omi</i>	6 <i>oma</i>	8 <i>ovi</i>	10 <i>ozon</i>	12 <i>otu</i>	6(+13) <i>omau</i>	13 <i>ou</i>
			15 <i>oku</i>		16 <i>opæ</i>			

Neque hic quemquam fugiet, numeri discrimen animo observari, sed non eo invaluisse, ut norma cogitationis evaderet. Quod si factum esset, huius discriminis rationem et pari modo haberí, et ad omnia praefixa inclinare oporteret. Nunc autem quatuor praefixorum singularium (1., 3., 7., 11.) quodque plurali (2., 4., 8., 12.) cedit, quod ei soli proprium est. Praefixum vero plurale sextum, quod per se singulari quinto respondet, etiam tertiodécimo additur, si huius pluralis indicandus est. Tertiumdecimum autem ipsum non singulare tantum est, sed plurali quoque vi in quartidecimi locum substituitur. Ad duo denique praefixa (15. 16.) numeri discrimen plane non pertinet.

Sed mirum quantum conspirat cum hac in describendis numeris claudicante grammatica infantia linguarum Magnae stirpis in adhibendis nominibus numeralibus, quae apud australes gentes tanta est, ut viatoribus haec nomina difficilima compertu fuerint. Quo etiam factum est, ut qui partes Bibliorum in occidentalium Cuanorum linguam transtulerunt missionarii commoti sint ad habiliora Anglica, primo quidem excepto, numeralium vernaculorum loco substituenda. Apud Kafiros cum origo multorum numeralium plane perspicua sit, tum ad numeros octavum, nonum et decimum indicandos duplices adhibentur voces: dialectique Kafirorum in significandis numeris a sexto ad nonum usque discrepant, dum a secundo ad quintum usque numerorum decimique praeterea nomina omnibus paene Magnae stirpis linguis communia sunt.

Neque igitur mirandum est, australes stirpes inaequali et imperfecta numerum nominum exprimendi ratione ipsos Hereros superare: id quod apparebit ex inferius addita tabula praefixorum, quibus Kafiri Cuanique utuntur. Nam quae

ab his pariter adhibitis praefixa Hererica respondent, aequa numeri nota gaudent.

Kafiris Cuanisque cum proprium sit, ut in nonnullis nominum, quae usitatissima sunt, praefixi forma contracta sit, in aliis autem praefixa prorsus abiecta (retento apud Kafiros formae definitae articulo), praefixorum denique formae ex sequentis syllabae natura mutari possint: varias, quae ita nascuntur, eorum formas exceptis eis, quorum usus parum frequens sit, enarrabimus, apud Kafiros ratione casuum absoluti, vocativi et causalis habita, apud Cuanos solius absoluti, a quo vocativus non est diversus et unde causalis praeposita particula *ki* sine ulla mutatione formatur.

### Praefixa nominum Kafiricorum

forma absoluta :

singul. :	$\left\{ \begin{array}{l} 1 \\ um, u \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 3 \\ um \\ u \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 5 \\ ili, i \\ ' \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 7 \\ isi \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 9 \\ in \\ im \\ i \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 11 \\ ulu, u \end{array} \right.$
plural. :	$\left\{ \begin{array}{l} 2 \\ aba, o \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 4 \\ imi \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 6 \\ ama \\ ' \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 8 \\ izi \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 10 \\ izin, in \\ izim, im \\ izi, i \\ 6 \\ amas \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 10 \\ izin, in \\ izim, im \\ i \end{array} \right.$
					13      15 $uba$ $uku$	

forma vocativa :

singul. :	$\left\{ \begin{array}{l} 1 \\ m, (-) \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 3 \\ m \\ (-) \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 5 \\ li \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 7 \\ si \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 9 \\ n \\ m \\ (-) \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 11 \\ lu \end{array} \right.$
plural. :	$\left\{ \begin{array}{l} 2 \\ ba, bo \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 4 \\ mi \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 6 \\ ma \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 8 \\ zi \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 10 \\ zin \\ zim \\ zi \\ 6 \\ ma \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 10 \\ zin \\ zim \\ zi \\ 6 \\ ma \end{array} \right.$
					13      15 $bu$ $ku$	

forma causali:

singul. :	$\left\{ \begin{array}{l} 1 \\ ngum, ngu \\ \hline 2 \\ ngaba, ngo \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 3 \\ ngum \\ \hline 4 \\ yimi \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 5 \\ lili, li \\ \hline 6 \\ ngama \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 7 \\ sisi \\ \hline 8 \\ zizi \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 9 \\ yin \\ \hline 10 \\ zizin, zin \\ zizim, zim \\ zizi, zi \\ \hline 6 \\ ngama \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 11 \\ lulu, lu \\ \hline 10 \\ zizin, zin \\ zizim, zim \\ zizi, zi \end{array} \right.$
plural. :	$\left\{ \begin{array}{l} 6 \\ ngama \end{array} \right.$					
				13 bubu	15 kuku	

### Praefixa nominum Cuanicorum:

sing. :	$\left\{ \begin{array}{l} 1 \\ m \\ \hline 2 \\ ba, bo \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 3 \\ mo \\ \hline 4 \\ me \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 5 \\ le \\ \hline 6 \\ ma \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 7 \\ se \\ \hline 8 \\ li \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 9 \\ en \\ \hline 10 \\ lin \\ lim \\ li, (-) \\ \hline 6 \\ ma \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 11 \\ lo \\ \hline 10 \\ lin \\ lim \\ li, (-) \\ \hline 6 \\ ma \end{array} \right.$	$\left\{ \begin{array}{l} 13 \\ bo \\ \hline 6 \\ ma \end{array} \right.$
plural. :							
				15 go			

Hac praefixorum tabula cum ista Herericorum (p. 13) comparata, quid efficiatur, quia neminem latebit, longum est explicare: quare iam ad singula praefixa illustranda transimus: unde tamen anticipandum est, ex tribus istis generibus, quae solis Hereris propria videntur, duorum, quartidecimi et sextidecimi, certa etiam apud Kafiros et Cuanos conspici vestigia: quamobrem haud temere priori linguarum huius stirpis condicioni sedecim illa nominum genera tribuimus, licet duodecimi nullae in australi familia mansisse videantur reliquiae.

Sed si quis nos vituperet, quod claudicantem in distinguendo nominum numero grammaticam ad humilem lin-

guae gradum rettulimus, linguarumque, quae minime rudes, sed ad altissimos evectae gradus inaequalem in nominum numero effingendo rationem sequuntur, exemplo nos refutari putet, is errat. Nam ab illis linguis eum in finein pluralis aequali forma indicandus desiderabatur, quo una atque simplex huius numeri natura cognosceretur. Quod ubi ita factum est, ut eius notio omnem cogitationem pervadat, tunc eum vario exprimi modo, linguae non vitio habendum, sed virtuti esse potest.

## IV.

Simplices praefixorum formae propterea secernendae erant, ut cum ceteris partibus orationis comparari possint, primitivaque earum vis eruatur. Neque tamen hoc in omnibus fauste cedet, ac minime quidem in pluralibus, quae propriam notionem dimittant oportebat, quo melius singularibus respondeant. Duorum contra Herericorum ad quae numeri discrimen non pertinet, praefixorum (15., 16.) origo facile perspicitur. Nam et horum et tertii praefixi formae simplices (*ku*, *pa*, *mu*) etiam nunc vi praepositionum ab Hereris proferuntur.

Sextidecimi generis nomina apud ipsos Hereros rarissima sunt, et certa duo tantum: *opona* locus, et *opezu* vicinia. Vocalem praefixi hae voces non produnt, dum quae ad eas pertinent pronomina alia *a*, alia *u* demonstrant, et *pu* (apud) praepositionis Herericae forma est. Sed cum et in secundo genere pronominis Hererici in *bu* finita forma certissima ratione ad primitivam *ba* revocanda sit, et pro praepositione *na* (cum, et) Kafirorum et Hererorum hi etiam *nu* dicant, haud temere praefixi sextidecimi formam *pa* esse diximus. Eademque forma praepositionis Kafiricae 'apud' significantis est, cui Cuanica *ha* prorsus respondet. Nomina autem sextidecimi generis nunc quidem et Cuanis et Kafiris desunt, sed antea a Kafirica saltem lingua haud aliena fuerint

propterea oportet, quod adverbia *apa* (hic), *apo* (illic), *paya* pro *apaya* (illic, Angl. yonder, Appl. §. 340.) primitus pronomina demonstrativa huius generis fuisse debent (conf. Appl. §. 161.), quorum instrumentales quoque formae remansere in adverbii *ngapa*, *ngapo* (Angl.: this way, that way). *Pa* denique apud Hereros et Kasiros verbum est, quod donare alqm. significat, quae notio optime cum ista praepositionis

1 2 3 4 2 1 3 4  
(apud) congruit, sicuti in *me p'ove omatje* dabo tibi filium, i. e. faciam, ut apud te filius sit. Atque similem prorsus in modum particula *na* et praepositionis (cum) atque coniunctionis (et) loco fungitur, et verbum est, quod 'esse cum aliquo' declarat.

Quae nominibus quintidecimi generis effingendis inservit particula Kafirica et Hererica *ku*, Cuanica *go*, praedita et praefixi et praepositionis (ad) notione, nulli Magnae stirpis deest linguae. Haec praepositio infinitivo indicando adhibetur more prorsus nostratum Anglorumque 'zu, to' praepositione utentium consimili: infinita autem haec verbi forma et adverbialiter profertur, et saepissime in substantivi formam et vim transgreditur. Et praeter infinitiva pauca huius generis enumeranda sunt nomina, quorum num in eis, quae Appleyardus exhibet <sup>1)</sup>, praefixo loci notio adtribuenda sit, dubitari potest: sed haec pristina eius vis in Hererorum saltem vocibus nonnullis retenta est, sicuti *okuruo* ara, *okunene* latus dextrum (*nene* magnus, apud Kasiros verus), *okumoho* latus sinistrum, *okuti* terra inculta.

In infinitivo ceterisque nominibus verbalibus conformandis cum ultimae stirpis vocali proprium quoddam attribuendum sit momentum, non possum quin eius rationem, quatenus perspici licet, paucis verbis nunc exponam.

Vocibus enim ut nominum vis insit, solis quidem praefixis efficitur, neque tamen haec res impedimento est, quin

---

1) *ukutya* cibus (Cuanice *go ya edere*), *ukusa* tempus matutinum, *ukuhlwa* tempus vespertinum (Appl. p. 102.).

nominum notio a stirpium quoque vocali finali pendeat: et ita deminutiva, eaque quae Appleyardus nomina comparationis appellat, suffixis effinguntur (Appl. §§. 87. 89. 320. 321.). Nominum autem a verbo derivatorum notio triplice vocalis extremae natura definitur: eorum enim stirpes apud Kafiros aut in *a*, aut in *o*, aut in *i* exeunt, e quibus vocalibus *a* in infinitivo affirmativo *omnium* verborum (exceptis quatuor tantum vel quinque) reperitur: unde eam suffixam esse clare elucet.

Huic vero *a* litterae vocalem ultimam stirpis cessisse in eis saltem vocibus oportet, in quibus eam proxime consonans antecedit. In lingua enim Magnae stirpis syllabam in aliam consonantem, atque nasalem exire nequaquam licet. Quare cum in ceteris quoque verbi formis suffixa adhibeantur <sup>2)</sup>,

- 
- 2) Horum suffixorum recte explicandi nondum certam vidi rationem: quare formas principales verbi Kafriki enarrare nunc sufficiat, cuius exemplum cuncta verba, perpaucis exceptis, sequuntur, servatis quidem euphoniae legibus, quibus non suffixa tantum, sed etiam stirps prorsus aliam in speciem mutari possunt. Tenendum vero est *ndi* pronomen esse primae personae singularis, *ya* (*ire*) verbi auxiliaris vice fungi, et formam aoristi addita pronomini littera *a* nasci. Particulam negativam *a* ex *nga* ortam esse Appleyardo haud negaverim.

Verbum activum, affirmativum:	Verbum passivum, affirmativum:
<i>teta</i> dic	<i>tetwa</i> dicere
Imperativus:	
<i>ukuteta</i>	<i>ukungateti</i>
Infinitivus:	
<i>ndiyateta</i>	<i>anditeti</i>
<i>nditeta</i>	<i>ndingateti</i>
Indicativus:	
praesens:	
<i>ndiyateta</i>	<i>anditeti</i>
<i>nditeta</i>	<i>ndingateti</i>
aoristus:	
<i>ndateta</i>	<i>andateta</i>
<i>ndatetwa</i>	<i>andatetwa</i>

plena verborum stirpem vix usquam deteges. Quo factum est, ut grammaticis Kafiricis forma imperativi singularis primitiva visa sit, ex qua ceterae ita ortae sint, ut vocalis ultima *a* aliam speciem induerit. Ita in formandis nominibus verbalibus eam plerumque aut in *o* aut in *i* transformari dicunt: nobis autem hae litterae haud aliter, atque ista *a* vocum stirpibus suffixa videntur. De suffixi *a* primitiva notione cum certi nil constet, coniecturis proferendis facile supersedeo. Quae vero aliis duobus suffixis insit vis, licet non plane certa, ratione tamen verisimillima explorari potest. Suffixum *o* enim iam in verbis passivis formandis nobis occucurrit (vide secundam [annotationem]<sup>3</sup>). Huic autem litterae in nominum stirpibus haud aliam adscribendam esse vim, eo confirmatur, quod in eis nominibus derivandis nunquam adhibetur, quae ad primum genus et secundum pertinent. Nam horum generum nomina solis hominibus attributa sunt: et quae a verbis derivata sunt, plurima in *i* exeunt, quam vocalem etiam in verborum formis negativis effingendis vidimus (confer secundam annotationem). Utrique vero *i* finali commune id est, ut a passivis abhorreat<sup>4</sup>) (conf. Appl. §. 77, 1.):

perfectum:			
<i>nditetile</i>	{ <i>anditetile</i>	<i>nditetive</i>	{ <i>anditetive</i>
	{ <i>ndingatetile</i>		{ <i>ndingatetive</i>
Potentialis I. praesens:			
<i>ndingateta</i>	{ <i>andingatete</i>	<i>ndingatetwa</i>	?
	{ <i>ndingetete</i>		
Subiunctivi praesens:			
<i>nditete</i>	<i>andingateti</i>	<i>nditetwe</i>	<i>andingatetwa</i>

Adde has formas Cuanicas perfecto passivo explicando aptas: *kia rata*, *ki rata* amo, *kia ratoa*, *ki ratoa* amor, *ki ratile* amavi, *ki ratiloe* amatus sum.

- 3) Qua in re Semitas infixo *u* seu *o* passivam stirpis notionem indicare, memoratu haud indignum videtur.
- 4) Sic apud Kafiros. Cuani quidem posthabito hoc discrimine in passivis quoque nominibus suffixum *i* adhibent: sed priorem istam condicionem ex analogia mutasse existimandi sunt, cum etiam Hereri hac in re a Kafirorum parte stent.

quare diversam earum originem haud statuendam esse puto, sed primitiva utriusque vis una eademque fuisse videtur, et talis quidem, ut actionis notio prematur. Qualis particulae *i* in linguis Magnae stirpis certa praeterea nondum vidi vestigia: quare sine ullo studio Hottentoticae linguae mentio fiat, in qua suffixum *i* tam existere significat, quam verbis causativis effingendis inservit <sup>5)</sup>.

Sed vocalium istarum extremarum ratio quo clarius perspiciatur, pauca exempla Kafirica in medium profero:

<i>ukufundisa</i> 15. docere	<i>ukufundiswa</i> 15. discere
<i>ukungafundisi</i> 15. non docere	<i>ukungafundiswa</i> 15. non discere
<i>umfundisi</i> 1. magister	<i>umfundiswa</i> 1. discipulus
<i>abafundisi</i> 2. magistri	<i>abafundiswa</i> 2. discipuli
<i>ukutanda</i> 15. amare, velle	<i>ukutandwa</i> 15. amari
<i>umtandi</i> 1. amator	<i>umtandwa</i> 1. amatus
<i>abatandi</i> 2. amatores	<i>abatandwa</i> 2. amati
	<i>utando</i> 11. amor
	<i>intando</i> 9. voluntas,

quibus prorsus respondent Cuanorum voces:

<i>go rata</i> 15. amare, velle	<i>go ratoa</i> 15. amari
<i>morati</i> 1. amator	<i>moratoi</i> 1. amatus
<i>barati</i> 2. amatores	<i>baratoi</i> 2. amati

*lorato* 11. amor  
*thato* 9. voluntas.

Hanc vero vocalium ultimarum rationem, monendum est, nonnisi ad nomina verbalia spectare, e quibus in primi et secundi generis nominibus vocalem extremam *o* nusquam inveniri supra diximus. Vocalis *i* contra in ceterorum quidem generum nominibus adhibetur, neque tamen id saepe. Sic in tertii generis vocibus nonnullis, in quibus primitiva pra-

5) Bullomi quoque Africæ occidentalis, in quorum lingua genera nonnum disticta sunt, quae non ad sexus discriminem inclinant, causativa suffixo *i* effingere dicuntur, sicuti *hull* (trinken), *hulli* (tränken): vide Mithridatem IV. 440.

fixi notio locum in quo aliquid est vel agitur indicans <sup>6)</sup> plane perspicua est. Dico Cuanicas has:

*mocoéri* fons pl.: *mecoéri* (*coéla* exire ad alqd.);  
*mocoe* <sup>7)</sup> seu *mocue* radix pl.: *mecoe* seu *mecue* (*coa* exire).

Sed huius praefixi vis in multis etiam cum verbalibus in *o* et *a*, tum aliis huius generis deprehenditur nominibus, sicuti in Kafirorum *umlomo*, Cuanorum *molomo* os pl.: *imilomo*, *melom* (*lomao* mordere);

*umzi*, *motsi* vicus pl.: *imizi*, *metse* (cuius deminutivum *umzana*, *motsana* est);

*umlambo*, *molapo* fluvius pl.: *imilambo*, *melapo*;

*umnyango*, *moyako* porta pl.: *iminyango*, *meyako*, quam Hereri *omuvero* dicunt pl.: *omivero* seu *omibero*;

*moñobo* antrum pl.: *meñobo*;

*mila* (contractum ex *mobila*) platea pl.: *mebila*.

Et ad tempus nonnulla praefixo *mu* efficta nomina spectant, sicuti:

*motla* tempus pl.: *metla* (*tla* venire);

---

6) Quae huius generis nominibus conformandis inservit particula *mu* (Cuanica *mo*), eidem praepositionis 'in' vis apud solos Hereros et Cuanos remansit. Kafiri autem huius praepositionis loco nominibus *e* praefigunt, simul *eni* seu *ini* eorum fini addentes (Appley. §. 107.). Etiam Cuani praepositione *mo* adhibita nomini *ñ* (*ng*) suffigunt, et vocalem ultimam, si *a* est, semper in *e* mutant, si *e*, raro in *i*. Eademque postpositio a linguis huius stirpis orientalibus haud aliena est, ut haec exempla Suahelica demonstrabunt: *kisa* 7. *tenebrae*, *kisáni* in tenebras; *uṣihuda* 13. testimonium, *uṣuhudáni* in testimonium (confer Krapf Outlines etc. p. 39, 6.). In linguis contra occidentalibus hanc flexuram non vidi, cuius vis eadem est, quae apud Hebraeos 7 paragogici, et apud nos, postpositionum 'wärts', 'hin', 'an' et Latinae 'versus.' Quare cum hae quoque linguae ceteroquin a postpositionibus abhorreant, *e* propria huius casus natura hae explicandae videntur.

7) Pro vocali extrema *i* Cuani nonnunquam, Hereri semper *e* dicunt.

*umso*, *mosho* tempus matutinum (Kf. *sa* lucescere),  
quod Hereri *omuhuka* vocant;  
*umhla* dies pl.: *imihla*, cuius loco Cuani dicunt *motse*  
pl.: *metse*;

et una vox, in qua praefixum abiectum est:  
*unyaka*, *nuaga* annus, pl.: *iminyyaga*.

Sed in multis huius generis nominibus, incerta stirpium origine, num praefixo pristina vis insit, nescimus: sicuti in Kafirico *umti* Hererico *omuti* arbor pl.: *imiti*, *omiti* (confer Kafirorum *uluti* 11. baculus pl.: *izinti* 10. et Hererorum *okati* 14. baculus, pl.: *outi* 13.);

*umnwe*, *omunue* digitus, pl.: *iminwe*, pro quo Cuani deminutivo *monuana* pl.: *menuana* utuntur;

et in quibus solis vocibus etiam Cuani *mu* pro *mo* habent:  
*umlilo*, *omuriro*, *mulelo* ignis;  
*umsi*, *omuisse*, *musi* seu *mosi* fumus;

multisque aliis quae hic persequi longum est.

## V.

Tertii generis nomina eodem omnino praefixo efficta sunt, quo primi generis illa, quae omnia solis hominibus attribui diximus <sup>1)</sup>). Horum vero generum discriminem non inde pendet, quod diversis generibus pluralibus respondent, cum hoc apud Kafiros et Cuanos etiam undecimi generis sit, sed eo differunt, quod cum ex parte diversis pronominibus coniuncta sunt, et primum quidem genus cum talibus, quae aegre ad formam praefixi *mu* revocare possis. Quod quo clarius eluceat,

---

1) Quae non ad homines spectantia primi generis nomina Appleyardus (§. 75, 1.) protulit, hanc legem labefactare non possunt, cum hae voces metaphorice translatae esse videantur: quod quidem prorsus certum est in his *unomyai* corvus, *unomeva* vespa, *unomaduwane* scorpio, etc. Nam *uno*, quocum compositae sunt, matrem indicat (Appley. §. 92.).

pronomina sex priorum generum diversis in formis, quae ad indicanda tempora verbi Kafirici adhibentur, proferanda videntur. Qua in re monendum est posteriora sex quinti ubique analogiam sequi. Exemplo nobis inservit verbum *ku bona* videre (confer quarti capituli secundam annotationem).

		1. mu	2. ba	3. mu
Indic. Praes. aff.		<i>ubona</i>	<i>babona</i>	<i>ubona</i>
" "	neg.	<i>akaboni</i>	<i>ababoni</i>	<i>awuboni</i>
" Aor. aff.		<i>wabona</i>	<i>babona</i>	<i>wabona</i>
" "	neg.	<i>akabona</i>	<i>ababona</i>	<i>awabona</i>
Subi. Praes. aff.		<i>abone</i>	<i>babone</i>	<i>ubone</i>
Partic. " "		<i>ebona</i>	<i>bebona</i>	<i>ubona</i>
		4. mi	5. li	6. ma
Indic. Praes. aff.		<i>ibona</i>	<i>libona</i>	<i>abona</i>
" "	neg.	<i>ayiboni</i>	<i>aliboni</i>	<i>akaboni</i>
" Aor. aff.		<i>yabona</i>	<i>labona</i>	<i>abona</i>
" "	neg.	<i>ayabona</i>	<i>alabona</i>	<i>akabona</i>
Subi. Praes. aff.		<i>ibone</i>	<i>libone</i>	<i>abone</i>
Partic. " "		<i>ibona</i>	<i>libona</i>	<i>ebona</i>

Quod in primi generis participio conspicitur *e*, ex secundi sextique generum analogia ad primitivum *a* quin respiciat, nil obest: sed hoc *a* ipsum, quod praeterea in forma negativa praesentis et in subiunctivo conspicitur, cum isto *u* praesentis et aoristi affirmativi ex una radice derivari posse, plane non credo. Negativarum quidem formarum *k* ad eiusdem sexti generis exemplum a praefixi *m* haud abhorret, ad quod etiam pronomen obiectivum verbo praefigendum <sup>2)</sup> inclinat, quippe cui in sex illis generibus hae formae sunt:

1      2.      3.      4.      5.      6.  
*m*,    *ba*,    *wu*,    *yi*,    *li*,    *wa*.

Sed aliae pronominalium formae rursus huic coniecturae obsunt, dico has:

---

2) De his pronominalibus inferius (c. IX.) res erit.

	1.	2.	3.
Forma absoluta:	<i>yena</i>	<i>bona</i>	<i>wona</i>
" causalis:	<i>nguye</i>	<i>ngabo</i>	<i>nguwo</i>
" possessiva	<i>—ake</i>	<i>—abo</i>	<i>—awo</i>
	4.	5.	6.
Forma absoluta:	<i>yonā</i>	<i>lona</i>	<i>wona</i>
" causalis:	<i>yiyo</i>	<i>lilo</i>	<i>ngawo</i>
" possessiva:	<i>—ayo</i>	<i>—alo</i>	<i>—awo</i> .

Sexti enim generis nulla hic analogia adiuvamur: sed primi generis formae prorsus unicae sunt. Et siquidem ex parte eo, quod huius generis nomina et pronomina suam propter naturam usitatissima erant, et ideo maxime quoque ad mutilationem inclinent oportebat, formarum dissidium auctum esse potest: harum tamen discrimen, quod aequa in omnibus huius stirpis linguis reperitur, maius mihi videtur, quam quae ex una primitiva forma derivari possint. Quare in id propendo, ut aut in hoc genus priora duo coaluisse dicam <sup>3)</sup>, aut formas pronominum alium in modum ortorum ad id relatas esse.

Sed huius rei ratio utut est, pars pronominum huius generis sine dubio ad praefixum *mu* recurrit, etiamsi hoc haud ubique eundem in modum mutatum est, quo *mu* tertii generis, quod exempli causa in *wu* transit, si obiecti vice verbo praefigitur, ubi in primo genere *m* adhibetur. Attamen analogiis inferius proferendis verisimile redditur, primi quoque generis praefixo affinitatem cum praepositione '*mu in*' vindicandam esse, et eius igitur auxilio efficta nomina cum eis, quae nunc tertio generi tributa sunt, olim unum tantum effecisse genus, quod inde ex discrimine ratione praeditorum eaque vacantium in duo divisum est genera (confer pp. 9. 10.), cum prono-

3) Si ad duplex praefixum pronomina primi generis revocanda esse iam constaret, incerta tamen alterius praefixi forma esset: sed locum esse particulae *ka*, cuius fortasse in Hererorum nominibus propriis vestigia remansere, haud negaverim.

mina hanc naturae discrepantiam secuta partim in duas abiissent formas, partim aliis aucta essent et suppleta.

Commixtorum quidem generum aliud quoque apud Cuanos repperimus exemplum, qui decimiquarti nunc eis amissi generis nomen quintodecimo adtribuere (vide inferius), cui fortasse etiam pronomina et huius quartidecimi et sextidecimi, quod non minus Cuanis alienum est, accessere.

Sed inter fines ipsius primi generis ortum est discriminem, quod quidem non ad pronomina pertinet, sed solum ad praefixum. Ea enim nomina quibus familiae membra distinguuntur et apud Kafiros etiam nomina propria hominum contracta praefixorum et singularis et pluralis forma utuntur, sicuti Kafirorum *udade* soror pl. *odade*, quam Cuani *mokhantsari* seu *khantsari* pl. *bokhantsari* dicunt.

*u-Pato*, pl. *o-Pato* *oi* Pato vel *oi περι* Pato (Appl. §. 93. 1.).

Horum nominum pluralis ita effectus esse videtur, ut secundi generis praefixum primo praepositum sit, id quod Cuanicis praecipue formis affirmatur, sicuti:

*mogolu* frater maior pl. *bomogolu* (*golu*, Kf. *kulu* magnus, senex; Her. *kuru* senex);  
*moroa* filius pl. *bomoroa*.

Praeterea haec nomina eo distincta sunt, quod cum eis fere solis pronomina possessiva suffixorum instar in unum corpus coaluerunt.

Neque vero hic silentio praeterire licet propriam rationem, quae linguis Kafiricae et Herericae cum Hottentotica communis est <sup>4)</sup>), ut si pater indicandus est aut mater, voces

---

4) Parentem Hottentoti, personae non habita ratione, duplice indicare possunt voce:

.*gub* genitor, .*gus* genitrix, masc. pl. .*guku*, comm. pl. .*gun*, comm. dual. .*gura*;  
.ib eum declarat, cui patris auctoritas est, et .*is*, cui matris, masc. pl. .*iku*.

Praeterea *abob* patrem meum significat, et *saub* patrem tuum, *saus* matrem tuam (Lk. 18, 20.). Aliae formae in Luca non occurunt.

adhibeant pro personis, de cuius parente agitur, prorsus diversas. Sic Zului dicunt:

<i>ubaba</i> pater meus	<i>umame</i> mater mea
<i>uyihlo</i> pater tuus	<i>unyoko</i> mater tua
<i>uyise</i> pater suus	<i>unina</i> mater sua,

unde contractae videntur Xosicae:

*ubawo* pater meus, *uma* mater mea, etc. (Appl. §. 92.)

Cuani quidem hac remota abundantia contenti sunt vocibus *ra* seu *rara* pater (pro qua in dialecto Cuanica Sutorum *ntate* reperitur) et *ma* mater: sed illam pleniorum condicionem vetustiorem esse, eo docemur, quod Hereri hac in re cum Kasiris congruentes nominibus gaudent his:

<i>tate</i> pater meus	
<i>ihō</i> pater tuus	<i>unjoko</i> mater tua
<i>ihe</i> pater suus	<i>ina</i> mater sua.

Casu factum est, ut in libro isto Hererico ‘mater mea’ non occurrat. Angolenses vero, apud quos *tāta* Hererico *tate* respondet, matrem *máma* seu *mánha* dicunt. Nomina *uyihlo* seu *ihō* et *uyise* seu *ihe* ex una eademque radice ortae esse possunt. Qua in re conferendae nobis sunt hae voces Kasirorum ‘*iliso* 5. oculus’ et ‘*amehlo* 6. oculi’ cum Hererica ‘*omeho* 6. oculi.’ Comparandaque sunt ea nomina, quae pronomine possessivo suffixo formata sunt, quorum exempla Cuanica profero haec:

<i>rago</i> pater tuus	<i>rague</i> pater suus
<i>mago</i> mater tua	<i>mugue</i> mater sua
<i>mogaco</i> uxor tua	<i>mogatse</i> uxor sua
<i>moroau</i> filius tuus	<i>moroaue</i> filius suus
<i>moroariu</i> filia tua	<i>moroarie</i> filia sua
<i>khantsariu</i> soror tua	<i>khantsarie</i> soror sua
<i>monnau</i> frat. minor tuus	<i>monnaue</i> frat. minor suus
	<i>mogolue</i> frater maior suus

(confer Appleyard §. 60.).

Adde quod dum praeterea primo generi semper plurale

secundum respondet, Kafiri in nominibus gentium populorumque significandis ei sextum opponunt, sicuti :

*Umxosa* Kafir., *Amaxosa* Kafri (conf. Appl. §. 94, 2.).

## VI.

Tribus quae nominibus formandis inserviunt particulis ex primitiva loci notione explicatis cum praepositionibus affinitas vindicanda erat: unam deinde in duo disgregi vidimus genera naturae discrimen secutam, cuius rationem haberi praeterea in isto solo videbimus genere plurali, quod primo illi respondet — secundum dico. Neque certa in ceteris praefixis cum praepositionibus affinitatis apparent vestigia: quorum tria cum eis particulis comparanda sunt, quae verborum stirpibus affixa, horum notionem determinant.

Quae septimo praefixo insit vis, his praecipue proditur exemplis :

*seaparo* vestimentum pl.: *liaparo* (*apara*, Kf. *ambata* indui veste);

*isivato* vestitus (*vata* indui veste);

*serulo* sella pl.: *lirulo* (*lula* seu *rula* sedere);

*sekhopo* quod efficit, ut alqs. offendatur,

*sekhopi* quod efficit, ut alqs. offendat (*khopa* offendere);

*sekopélo* clavis pl.: *likopélo* (*kopéla* aperire);

*secualo* ianua pl.: *licualo* (*cuala* claudere);

*isidoda* genitalia viri (*indoda* 9. vir pl.: *amadoda* 6.).

Haec enim nomina aptissime cum eis verborum causitivorum formis comparantur, quae hoc modo configuntur:

Kaf. Cuan. *bona* videre, *bonisa* demonstrare;

Her. *hita* intrare, *hitisa* introducere;

Cuan. *bua* loqui, *buisa* legere ; etc.

Quorum quidem verborum suffixum cum illo nominum septimi generis praefixo Kafirico *si* (Cuanico *se*) ita concilianendum est, ut ultima stirpis vocalis sequenti suffixo assimilata

sit, ipsius autem suffixi vocalis eis, in quae semper verbum exire solet, cesserit suffixis.

Nunc vero ratio exponenda est, cur cum hoc Cuanorum et Kafirorum praefixo *si* Herericum *tji* (pro quo aliae huius familiae linguae *ki* habent, quod in libris Angolensibus et Congensisbus Lusitanorum more *qui* scribitur) in unius generis conspectum deditus. Quam quidem rem ut explicemus, advocanda sunt demonstrativa Hererorum pronomina, quorum simplicissima ita orta esse videntur, ut pronomini, quod a praefixo nominis haud diversum est, particula demonstrativa *in* anteposita sit, cuius vocalis saepissime eliditur. Quae pronomina Kafiri ita tantum adhibent, ut particula *na* praefixa inde derivarint demonstrativa, ut Appleyardi vocibus utar, adverbia (Appl. §§. 350—353.): quae quomodo cum illis Hererorum formis et cum praefixis nominum congruant, haec docet tabula.

	Praefixa nominum	Pronomina demonstr.	Adverbia demonstrativa
Kafirica :	Hererica :	Hererica :	Kafirica :
1.	<i>mu</i>	<i>mu</i>	<i>nanku</i>
2.	<i>ba</i>	<i>va</i>	<i>namba</i> <i>naba</i>
3.	<i>mu</i>	<i>mu</i>	<i>nangu</i>
4.	<i>mi</i>	<i>mi</i>	<i>nantsi</i>
5.	<i>li</i>	<i>ri</i>	<i>nantii</i> <i>nali</i>
6.	<i>ma</i>	<i>ma</i>	<i>nanga</i>
7.	<i>si</i>	<i>tji</i>	<i>nasi</i>
8.	<i>zi</i>	<i>vi</i>	<i>nazi</i>
9.	<i>n</i>	<i>n</i>	<i>nantsi</i>
10.	<i>zin</i>	<i>zon</i>	<i>nanzi</i>
11.	<i>lu</i>	<i>ru</i>	<i>nalu</i>
12.		<i>tu</i>	?
13.	<i>bu</i>	<i>u</i>	<i>nabu</i>
14.	( <i>ka</i> )	<i>ka</i>	<i>inga</i>
15.	<i>ku</i>	<i>ku</i>	<i>ingu</i>
16.	( <i>pa</i> )	<i>pa</i>	<i>imba</i>

Kafiri nonnumquam praeter formam, in qua nasalis ser-

vata est, alteram quoque eadem carentem adhibent, plerumque vero aut haec aut illa sola eis remansit. Hererica quoque lingua a formis quibus nasalis deest non abhorret.

Quarum formarum dum multae Kafiricae cum Herericis optime consentiunt (imprimis 1., 15., 6., 2., 5., 13. generum), conspicuum aliarum est dissidium. Sed quae in eis locum habet sonorum mutatorum ratio, praeterea quoque a linguis Africæ australis haud abhorret: et si quidem Cuanico *'enku* 9. ovis' Kafiricum *imvu*, Herericum *ontu* comparanda scias, multaque similia sonorum mutatorum praesto esse exempla, secundi generis pronomen Herericum *imbu* cum Kafirico adverbio *nangu* convenire haud miraberis. Labiales porro apud Kafiros constanter in palatales transeunt, si aut proxime suffixum deminutivorum antecedant (Appl. §. 88.), aut etiam pluribus syllabis intercedentibus formarum passivarum signum eas insequatur (Appl. §. 208.), sicuti:

- inkabi* 9. bos, *inkatyana* vitulus ;  
*intsapo* 10. infantes, *intsatshana* infantuli ;  
*libala* oblivisci, pass.: *lityalwa* ;  
*bubisa* destruere, pass.: *bujiswa* (*j* = *dzh*) ;  
*gubungela* tegere, pass.: *gujungelwa* ;  
*bopelela* destinare, pass.: *botshelelwa*.

Quare quod in Kafirorum adverbiosis demonstrativis, quae ad quartum et octavum genera pertinent, palatales ad priores labiales recurrunt, in eo nemo opinor offendet. Ut vero tam frequenter in pronominalibus soni vehementer discrepantes ad eundem primitivum referendi sint, inde proficiisci videtur, quod harum formarum dissidium eo tempore ortum est, quo hi soni haud adeo dissimiles apparebant.

Quod autem pertinet ad rationem, quae inter illas pronominalium demonstrativorum formas et eas praefixorum, quorum auxilio nomina efficta sunt, intercedit, ex parte saltem alioquin etiam consonantes antecedente nasaliter eundem in modum commutari solent: qualem variis ad quintum et undecimum genus spectantibus formis explicandis idoneam analogiam inferius de nono genere agentes enarrabimus. Nasalis

autem vi cum litterae mutatae, tum nonnumquam melius servatae esse possunt, quam in praefixis nominum: quae siquidem aptissima nobis visa sunt, quibuscum aliae comparentur particulae, id propterea factum est, quod cum hae quoque nasalii praecedente careant, earum et praefixorum soni haud diversa mutati sint ratione tamquam oporteat.

In septimi denique generis pronomine demonstrativo Hererico (*ihi*) eundem in modum nasalis abiecta est, quo praeterea quoque Hereri sequente littera *h* eam removent. Cum vero Hererica spirans saepissime sibilanti cognatarum respondeat linguarum, Herericum pronomen *i-hi* optime cum Kafirico adverbio *na-si* congruit: neque praefixi septimi Hererici vis communi et Hererici et Kafirici atque Cuanici septimi generis origini nec utriusque cum verbis illis causativis affinitati repugnat. Sed et praefixi et plurimorum pronominum formas Herericas e primitiva sibilante derivare quis ausit? Quare haud e re esse videtur alteram verba causativa formandi rationem comparare, cuius apud Kafiros certum unum tantum vidi exemplum hoc:

*na* esse cum alq., *nika* facere ut alqs. sit cum alqa.  
re, donare alqm.

Apud Hereros vocalis huius suffixi (*i*) vocalium harmoniae legibus obtemperans saepe in *e* transit, sicuti in:

*janda* perire, *jandeka* perdere;  
*rara* dormire, *rareka* sopire (1. Ms. 2, 21.).

Iidem huic affixo nonnumquam alterum causativum superaddunt, sicuti:

*muna* videre, *munikisa* demonstrare.

Si huic igitur affixo praefixum Herericum septimum comparamus, tenendum est hoc apud solos Hereros *tji* sonare, in aliis autem eiusdem familiae linguis formam *ki* occurrere. Vocalium transpositorum ratio eadem omnino nobis esse videtur, atque ea quae ad alterum quoque affixum verborum causativorum spectat (vide p. 27.) <sup>1)</sup>.

---

1) Cuani in his verbis causativis extremam stirpis vocalem suffixo

In septimum ideo Herericum duo primitus diversa genera propter similem maxime praefixorum vim coaluisse videntur, quorum ex altero pronominis demonstrativi tantum formae istae petitae sunt, alterum autem et in praefixo et in ceteris pronominibus praevaluit.

Kafiris et Cuanis huius vestigia nulla remansere.

## VIII.

Quinto praefixo affinitas vindicanda videtur cum particulae eis verborum formis effingendis inservit, quas Vetralla (p. 40.) respectivas, Bryantus (p. 392.) et missionarii Rhenani obiectivas, Casalis autem (pp. 15, 1; 42, 4;) ut Appleyardus (§. 197, 1;) relativas appellat: quae tam forma quam notione mirum in modum cum eis Mexicanis congruunt, quarum apud Humboldtum (in praefatione ad librum de lingua Kawi p. CLXXXIV.) hoc legimus exemplum:

'*chihua* machen, *chihui-lia* für oder wider jemand machen, mit Veränderung des *a* in *i* nach dem Assimilationsgesetz:

1    2    3    4    5    6    7    8    9

*ni-c-chihui-lia in no-piltzin ce calli*

1    3    2    4    5    6    7    8    9

ich mache es für der mein Sohn ein Haus.'

Quam quidem formam si non trans Oceanum audiri sciremus, Africæ australis linguam prodere videretur: cum harum ratio vix differat, quod haec exempla demonstrabunt:

---

non assimilarunt, hoc autem ipsum (*ki*) in *e* mutarunt. Quae littera cum, si vocalem praecedat, plerumque semivocali *j* (*y*) cognatarum respondeat linguarum (*ea* ire, Kf. *ya*, Her. *ja*), hac littera intercedente syllaba *ki* in *e* transiisse videtur. Exempla Cuanica vide haec: *naea* (Kf. *nika*) donare; *bolaea* interficere, a *bola* perire, unde etiam *borisa* perdere.

Kaf.: *aka*, Cuan.: *aga* aedificare: *akela*, *agéla* aedificare pro aliquo;

Kf.: *fa*, Cuan.: *shua* mori: *fela*, *shuéla* mori pro aliquo;

Kf.: *tuma*, Cuan.: *roma* mittere: *tumela*, *roméla* mittere ad alqm.;

Cuan.: *bua* loqui: *buéla* alloqui.

Formae vero verborum, quibus talis insit vis, aliis quoque Africæ linguis haud alienae sunt, et ita apud gentem reperiuntur Africæ occidentalis, cui Timneh nomen est <sup>1)</sup>, et e sexualibus linguis in Gallaea, quae quidem reflexivam eis semper admiscuisse videtur notionem <sup>2)</sup>.

Siquidem cum his verborum formis quinti generis nomina comparanda sunt, optimo haec nobis inserviunt exemplo, praefixa non tam arcte cum stirpibus vocum coaluisse, quam suffixa: cum in verbis relativis effingendis vocalis non eandem tantum quam in causativis (c. VI.) subierit quasi metathesin, sed praeterea etiam Hereri, Congenses aliique et eam et ipsam suffixi consonantem praecedentis syllabæ naturae accommodare soleant: ita ut litteræ *r*, qua Hereri pro *l* utuntur, *n* substituatur, si syllaba proxime antecedens a nasalī (*m*, *n*) incipiat, vocalisque *e* loco saepe tenuior *i* proferatur <sup>3)</sup>. Sic legimus:

*tjita* facere, *tjitira* facere alicui;

*muna* videre, *munina* videre alicui;

*koka* mori, *kokera* mori pro aliquo; etc.

1) Confer: Traditionen der Timneh's in Westafrika in: Ausland 1850.

25. Febr. Nro. 48., ubi legitur: 'sall bauen, sallah bauen für jemanden; sott nähen, sottah für einen anderen nähen; kbuppur bedecken, kbuppurah bedecken für jemanden; kbuppurih aufdecken, kbuppuriyah aufdecken für jemanden.' *Kbuppurih* forma verborum, ut ita dicam, inversivorum est, qualibus Africæ australis quoque linguae non carent (vide inferius).

2) Vide Tutschek p. 11. 12.

3) Cum similis lex apud Hereros ad perfecti quoque suffixum spectet, utramque formam recte distinguere in libris Herericis saepe difficillimum est.

Ad quintum contra praefixum vix ulla pertinet euphoniae lex.

Sed communis praefixi suffixique origo ideo non omni ex parte certa est, quod utriusque aliquantum diversa adtribuenda est vis: quod quidem discrimen ex contrario eorum loco pendere videtur. A Kafirico enim verbo *'wa* (Cuan. *oa*, Her. *ua*) cadere' si tam verbum *'wela* (Cuan. *oéla*) cadere ad', quam nomen *'iliwa* quod est ad cadendum, locus praecipit originem ducunt, notio quidem variat, sed ita ut e praefixi suffixique natura facile explicari possit.

Cum vero ad omnia genera multa nomina pertineant, in quibus primitiva praefixi vis nequaquam perspicua sit: quinti praefixi origo eo magis dubia est, quod pauca tantum nomina eam prodere videntur. Cuiusmodi nomina in undecimo genere etiam rariora sunt: itaque haec cum verbis inversivis comparari posse maiore dicatur iure, quam iam comparanda esse. Quare ne longus sim, pauca tantum horum verborum illorumque nominum proferam exempla.

Inversivorum verborum plurima geminato gaudent suffixo, quo quidem eorum vis intensa est. Sic apud Kafiros reperimus:

*hlamba* (Cuan. *tlapa*) luere, *hlambulula* abluere;

*kota* lambere, *kotulula* sorbere; etc.

apud Cuanos :

*boha* (Kf. *bopa*), vincere, *boholola* solvere; etc.

et apud Hereros :

*seturura* aperire, a *seta*, unde causativum *setika* operire; etc.

Sed talia quoque non desunt exempla, in quibus simplex adhibitum est suffixum, sicuti in Hererico :

*kutura* solvere, a *kuta* vincere;

et mutata ex vocalium harmoniae lege vocali in:

*horora* palam facere, ab *hora*, unde causativum *horreka* abscondere; etc.

Nominum autem undecimi generis haec vide exempla Kafirica :

*uluti* baculus, pl. *izinti* (*umti* 3. arbor, vid. p. 22.);  
*ulovo* sensus, pl. *izimvo* (*e*va, Cuan. *utlua*, Her. *zuva*  
audire, sentire);  
*ulwimi*, Cuan. *loleme* lingua, pl. *ilwimi*, *liteme*;  
et Cuanica:  
*louňuo* fructus, pl. *mauňuo* (*uňua* frugem ferre);  
*lobone* lumen, pl. *lipone* (*bona*, Her. *muna* videre);  
quibus Hererica addo haec:  
*oruroto* somnium, pl. *oturoto* (*rota* somniare);  
*oruu* arundo, pl. *otuu*; etc.

Incertior etiam ceterorum praefixorum origo est, licet nonnullorum vis haud lateat. Sic decimiquarti generis, quod solis Hereris mansisse diximus, nomina fere omnia deminutiva sunt, sicuti:

*okatemba* arcula (*etemba* 5. arca);  
*okazandu* puerulus (*omuzandu* 1. puer, pl. *ovazandu*  
2., unde etiam *omuzandona* 1. puerulus, pl. *ova-*  
*zandona* 2. originem dicit, alteram nomina demi-  
nutiva effingendi rationem sequens, de qua confer  
p. 29.);  
*okanatje* infantulus (*omatje* 1. infans, pl. *ovanatje* 2.);  
*okatiti* paululum, parvulum, pl. *outiti* (*omutiti* 1.  
parvus);  
*okati* baculus, pl. *outi* (*omuti* 3. arbor).

Ad eiusdem decimiquarti generis nomen referendae videntur praepositiones *mokati* et *pokati*, quae nostris *unter* et *zwischen* respondent: quare nomen *okati* medium partem indicarit oportet. Quod idem Kafiris in praepositione *pakati* (Angl. within, between, among) et Cuanis in *gare* (inter) remansit. In hanc autem vocem *gare* Cuani duo confusisse videntur nomina, quae ab Hereris adhuc distincta sunt, dico haec: ‘*okuti* 15. terra inculta’, et istud *okati* 14. Sed illam notionem tunc tantum reservavit, si cum voce ‘*naga* 9. ager’ compositum est, ita ut *gareganaga* locum desertum indicet,

cuius pluralis addito sexto effingitur praefixo: *magareganaga* deserta.

Num quartodecimo praefixo affinitas cum Kafirica particula *ka* (Appl. §§. 305—307.) vindicanda sit, nescio.

Tertiumdecimum praefixum praecipue nominibus abstractis configendis inservit et collectivis, veluti:

*ubukosi, bogosi* regnum, pl. *magosi* (*inkosi, khosi* 9. rex);

*ouhona* regnum, pl. *omauhona* (*omuhona* 1. rex);

*ubukulu, bogolu* magnitudo (*kulu, golu* magnus, *ventus*, *senex*, Her. *kuru senex*);

*ounene* magnitudo (*nene* magnus, apud Kafiros: verus);

*ouingi, bontsi* multitudo (*ingi, ntsi*, Kafir. *ninzi* multus);

*ubuntu* humana natura (*umntu*, Cuan. *mothu*, Her. *omundu* 1. homo, *abantu, bathu, ovandu* 2. homines, *isintu* 7. human species, *uluntu* 11. human race, cf. Appl. §. 86, 2.);

*ubusuku, bosigo, outuku* nox, pl. *masigo, omautuku*;

*ubusi, outji* mel;

*utyalwa, boyaloa* cerevisia;

*utyani, boyan* gramen;

*uboja, boboea* pilus.

Cum his ultimis vocibus pluralis potius adscribenda sit vis, quam singularis, nequaquam mirum videri potest, quod tertiumdecimum genus apud Hereres nonnumquam tamquam plurale quartodecimo singulari oppositum est (vide p. 34.).

In noni contra generis nominibus singularis notio maxime praevalere videtur. In quo et in decimo genere apud Cuanos ea euphoniae lex locum habet, qua nasalem in eadem voce proxime dura tantum consonans insequi potest: quo circa molles in duras congruas transeunt. Quemadmodum

spiritus lenis	mutatur in	<i>k</i>
<i>g</i>	"	in <i>kh</i>
<i>h</i>	"	aut in <i>kh</i> , aut in <i>ph</i>
<i>b</i>	"	in <i>p</i>
<i>l</i>	"	in <i>t</i>
<i>r</i> sequente <i>i</i> , <i>u</i>	"	in <i>t</i>
<i>r</i> sequente <i>a</i> , <i>e</i> , <i>o</i> , <i>u</i>	"	in <i>th</i>
<i>s</i>	"	in <i>ts</i>
<i>sh</i>	"	in <i>c</i>

*k*, *kh*, *ph*, *p*, *th*, *ts*, *c* et praeterea *tl*, *m*, *n*, *ny*, utpote du-ræ immutatae manent.

Similis lex apud Kafiros ad paucas tantum litteras (sibilantes, linguaes et popysmata) spectat, et sic transit *s* in *ts*, *sh* in *tsh*, *hl* in *kl*, *c* in *gc*, *q* in *qq*, *x* in *gx*.

Etiam apud Hereros, si haec adhibentur praefixa, vidi *v* mutatum in *b*, *r* in *d*, *z* in *t*, nonnumquam *k* in *g*, et fortasse etiam *n* in *t*<sup>4)</sup>.

Quomodo nono et decimo praefixis stirps afficiatur, di-ximus: sed ipsum quoque praefixum insequentis consonantis vi-mutari potest, quae si labialis est, dentalis praefixi nasalis (*n*) semper in labialem (*m*) transit, qua Kafiri praeterea etiam ante vocales, semivocales et ipsam labialem nasalem illius loco utuntur. Ut vero nasalis prorsus elidatur, et apud Kafiros rarissime fit, et apud Hereros, qui ante *h* ea semper carent: Cuani contra cum paucis tantum eisque fere omnibus mono-syllabis stirpibus coniunctam nasalem retinuere, sicuti in:

*eñkho* hydria, pl. *linkho* (ga haurire);  
*eñku*, Kf. *imvu*, Her. *ontu* ovis, pl. *linku*, *izimvu*,  
*ozontu*;

4) Nonnumquam certe nasali praecedente pristina stirpis forma me-lius reservata est, quam si per se stat (cfr. p. 29. infra). Sic Cuanica *r* saepissime ad priorem *t* recurrit, sicuti in *rata* amare = Kaf. *tanda*, *re* dicere = Kf. *ti*, etc. Etiam apud Hereros *re* 'longus' Kafirico *de* respondet.

*enca, injā canis*, pl. *linca, izinja, ozompua* ;  
*eñko* nasus, pl. *lin̄ko* nares ;  
*empa* venter, pl. *limpa* ;  
*entua* exercitus, pl. *lintua* ;  
*entélo* unda, pl. *lintélo*.

E quibus nominibus cum nonnullorum radix incerta sit, utrum huic, an praefixo nasalem tribuamus, nonnumquam dubitari potest. Praeterea autem in omnibus horum generum nominibus praefixi nasalis evanuit. Ita formatur ab *eñku* (ovis) deminutivum *kuana* amnus, pl. *likuana*. Sed ne in hac quidem re ubique constantes ab *eñkho* (hydria) deminutivum *eñkhuana*, pl. *lin̄khuana* configerunt.

E ceteris vero noni generis nominibus ea praecipue proferenda videntur, quae in pluribus simul occurrunt linguis :

*inkomo, khomu, onkompe* bos, pl. *izinkomo, likhomu, ozonkompe* (unde deminutivum *inkonyana, onkompona*) ;  
*innyoka, noga, onjoka* anguis ;  
*indhlela, tsela, ondjira* via ;  
*imvula, pula, ompura* pluvia, pl. *ozompura* anni ;  
*innyama, nama, onjama* caro ;  
*pheho, ombepo* ventus (apud Hereros *pepa* spirare significat, unde etiam *ozombepe* 10. nares) ;  
*ñaka, onganga* medicus, magus, pl. *lin̄aka, ozonganga* (apud Kafiros *nyanga* mederi, artem magicam exercere declarat) ;  
*inkloko, tlogo* caput, pl. *izinkloko, litlogo* ;  
*indhlebe, tsébe* auris, pl. *izindhlebe, litsébe* ;  
*intaka, thaga* avis ;  
*inkosi, khosi* rex, pl. *inkosi, likhosi* (*ubukosi, bogosi* 13. regnum) ;  
*indoda* vir, *tona, ontume* mas, pl. *amadoda* 6., *ozon-tume* 10. (*isisdoda* 7. genitalia viri, *monona, omuru-me-ndu* 1. vir, *banona, ovarumendu* 2. viri) ;  
*ingubo, kobo* pallium ;

*intaba, thaba mons.*

In una voce etiam Cuaní longiorem noni praefixi formam retinuerunt :

*eintlu, indhlu, ondjuo domus, pl. matlu 6., izindhlu, ozondjuo 10.*

Praefixa pluralia cuivis originis quaestioni adversari videntur (cf. c. IV. initio). Cum secundo quidem, quod primo singulari respondens ad solos homines spectat, Cuanicum verbum *ba* (repetere, iterum facere)<sup>5)</sup> comparare possis: sed certa huius affinitatis haud praesto sunt documenta.

Ad sextum genus multa collectiva pertinent, quae singulari nomini nulli respondent, sicuti :

Kf. *amandhla*, Suto *matla*, Her. *omasa robur*;

Kf. *amabele*, Cuan. *mabéle milium*;

Kf. *amafuta*, Suto *mafura*, Tlapi *mahura*, (Her. *ontura* 9.), Suáheli *mafúda*, Hiáu *mafúda* seu *mabúda*, Nika et Pokomo *mafúha*, Kamba *máuda butyrum, oleum, adeps*;

Kf. *amate*, Cuan. *mathe*, Her. *omate*, Angol. *máte*, Suaheli *mate*, Kamba *máta*, Nika et Pokomo *máhe sputum*;

Cuan. *mari* (Kf. *igazi* 5., Delagoa-Bay *gati*), Angol. *mainga*, Cong. *menga*, Batanga *makia*, Panwé *méki*, (Hiáu *miassi*, Pokomo *muázi*, Nika *milazo*) *sanguis*<sup>6)</sup>;

Kf. *amasi*, Suto *mafí*, Tlapi *mashi*, Her. *omaihi*, (Angol. *muámua*, Congo *meúma*), Suaheli et Pokomo *massiwa*, Nika *messia lac*;

Fingu *amanti*, Kf. *amanzi*, Suto *metsi*, Tlapi *metse*, Delagoa-Bay *amati*, Makoa *mazi*, Monjon *mizi*,

5) Huic verbo affinitas vindicanda videtur cum secundi numeri nomine Cuanico *beri*, Zuluico *bili*, Kaf. *bini*, Delagoa-Bay *bizi*, Konjunkue *pele*, Herer. *vari*, Angol. *yári*, Cong. *ole*, etc.

6) Suahelii Arabicum *damu* mutuati sunt.

Koniunkue *mose*, Her. *omeva*, *omeba* seu *omea*,  
Angol. *ménha* seu *mása*, Congo *mása*, Kakongo  
*mazia*, Hiau *messi*, Pokomo *mazi*, Kamba *mánsi*,  
Nika *mázi aqua*<sup>7)</sup>.

Voces hic allatae fortasse analogiae inservire possunt mirae illius rationis, qua apud Bullomos in Africa occidentali (cf. c. IV. annot. 5.) res liquidae proprio gaudent pronomine relativo *ma*. Nominum enim in genera distinctionem hi aeque ac Greborum populus in solis pronominibus relativis conspicuum reddere videntur (vide Vateri Mithridatem IV. 438 sqq. et Journal of the American Oriental Society Vol. I. pp. 374—377.).

## VIII.

In Magna stirpe generum agmen ita deminutum esse vidimus, ut ea quorum usus rarer erat, prorsus abiicerentur. Sic genera decimumquartum et decimumsextum solis Hereris remansere (cf. p. 16. 17. 34.). Ea dein, quorum notio similis erat, facile in unum coaluere: qualem originem Hererico septimo vindicavimus (c. VI.), et quem in modum primum explicare propensi eramus (c. V.). Decimumquartum quoque et decimumsextum a Kasiris et Cuanis cum decimoquinto coniuncta esse possunt (cf. p. 25.). Qua in re haud negandum est, similes nonnumquam praefixorum atque pronominum formas commiscendi ansam praebuisse. Unum deinde genus discrimen ratione praeditorum eaque parentium secutum bipartitum est (c. V.): qua quidem in re duplii quod eis respondet generi plurali nonnihil momenti tribuendum videtur.

Rectam utique distinguendi rationem hae linguae magis

7) Suaheliorum *maji* et quae apud gentem occidentalem Panwē auditur vox *majim*, utrum Semiticae, an vernaculae originis sint, nescio.

desiderant, quam quod inde proficiscuntur (cf. c. II.): parique modo sexuales quoque linguis excultas esse credas, quarum humillimam Hottentoticam esse diximus.

Forma nominum in Namorum dialecto duplex est, definita et indefinita, sicuti:

indefinita :		definita :
<i>koib</i>		<i>koiba</i>
<i>kois</i>		<i>koisa</i>
<i>koii</i>		<i>koie</i>
<i>koiku</i>		<i>koika</i>
<i>koiti</i>		<i>koite</i>
<i>koin</i>		<i>koina</i>
<i>koikha</i>		<i>koikha</i>
<i>koira</i>		<i>koira</i>
		vir
		mulier
		homo
		viri
		mulieres
		homines
		ἄνδρες
		ἀνθρώπων.

Definitam formam affixa particula *a* — cui radici praeter alias notiones etiam affirmandi notio subiecta est — ortam esse appareat, cui extrema vocalis *u* cesserit, et quae ipsa, cum eius vi antecedens *i* ex vocalium harmoniae lege — cuius usus rarus quidem, sed certus apud Hottentotos est — in *e* mutata esset, evanuit: neque aliter post *kha* et *ra* abiecta vel cum eis contracta est. Quacum forma linguae Hottentoticae ut status emphaticus nominum Aramaeorum prorsus congruat, haud casu factum esse opinor.

Quod vero ad indefinitam nominum formam pertinet, syllabam apud Hottentotos in aliam consonantem atque nasalem exire, in his tantum formis masculinis et femininis singularibus reperitur. Quae res ita explicanda videtur, quod sonorum rationes in eis linguarum et Africae australis et aliarum partibus praecipue excultae sunt, quae orationis nexui maxime inserviunt. Quare grammaticis vocum Kafiricarum partibus poppysmata (*c*, *gc*, *x*, *gx*, *q*, *qq*), aspera gutturalis (*r*), spirans (*h*), labiales sibilantes (*v*, *f*), linguales (*hl*, *kl*, *dhl*) et diphthongi (*ai*, *au*) non amplius insunt: quae ideo litterae, cum in solis extent radicibus vocum, radicales appellantur, ceteris autem quae a grammaticis quoque particulis non ab-

horrent servilium nomen ab Appleyardo (§. 51.) inditum est. Similisque distinctio ad Hottentoticam spectat linguam, quae imprimis poppysmata in principio tantum radicum adhibet, et in illis duobus suffixis constantes praeterea sonorum leges perrupit: id quod in Magnae stirpis linguas neutiquam cadit (cf. p. 18.).

Illae autem particulae tunc tantum, cum nominibus formandis inserviunt, cum horum stirpibus conglutinantur: sed cum pronominum vice funguntur, pleniores semper produnt formas, *bi* puta et *si*. Vocalis autem extrema in eis etiam nominibus mansit, quorū stirpi in labialem nasalem (*m*) ex-euenti nota masculini singularis affigitur, cuius consonans (*b*) illi nasali assimilatur, sicuti in:

‘*ommi*, def. ‘*omma* manus, pl. ‘*omku*, def. ‘*omka*,  
dual. ‘*omkha*;

‘*hommi*, def. ‘*homma* mons, pl. ‘*homku*, def. ‘*homka*,  
(pl. comm. ‘*homn* montes).

Suffixum dein pluralis communis praecedente altera *n* ipsum non *n*, sed *in* est: quae quidem forma etiam in pronominibus nonnullis conspicitur. Praeterea autem euphoniae leges quae ad suffixa nominum Namicorum spectent vidi nullas.

Ut vero suffixum nominis retenta quidem vi sua abiiciatur — quemadmodum multa nomina in Magna stirpe praefixis carere possunt (v. p. 14. 15.) — apud Hottentotos in vocibus fit compositis solis.

Sexus ratio quamquam apud Hottentotos ad unumquodque octo generum nominum spectat (v. p. 40.), dubium tamen est, utrum ad ullam particularum quae nominibus formandis inserviunt, primitus illa distinctio pertineat (cf. p. 9. 10.). Nam siquidem vocabula *zéb* (m.) et *zés* (f.) ita distincta sunt, ut masculinum diei tempus (zeitpunkt), et femininum eius spatium (zeitdauer) indicet: quid masculini illi notioni et feminini huic insit, intelligere non possum. Ac si praeterea pleraque masculina, quae non in animatos cadunt, loci notionem continere videntur, haec non temere suffixi *b*

seu *bi* primitiva existimatur. Quod qua ratione eo pervenit, ut princeps genus redditum sit, divinare tantum possumus (cf. p. 9. 10.).

Huius autem suffixi analogia conjectura nostra nititur, qua primo generi nominum in Magna stirpe eandem quam tertio et praepositioni *mu* 'in' adscriptimus originem (v. c. V.); cumque litterarum *m* et *b* in linguis Africae australis secum commutatarum non desint exempla <sup>1)</sup>, et apud Namos ipsos *b* in nasalem transeat (v. p. 41.), Hottentotorum suffixum masculinum singularis et Magnae stirpis praefixa primum et tertium ex eadem fonte derivari non posse negandum est. Qua in re utriusque stirpis discriminem ita explicare possis, ut particulae nomina effingentis notioni primitivae cum hominum sive potius animatorum notio admixta esset, Hottentoti ex alterius ad feminina relati generis symmetria illi generi sola adtribuere masculina. Sexuale autem discriminem in Magna stirpe nominum genera haud tetigit, sed haec eas voces, quae in principe illo genere ad homines spectabant, a ceteris quae paene omnes inanimata indicant segregavit: dum apud Hottentotos animata et inanimata in eodem coniuncta remanent genere.

Quae conjectura si probata sit, suffixum quoque feminini singularis (*si*) cum consonante praefixo septimo Kasirom et Cuanorum (vide p. 27.) comparandum erit. Ut autem, veluti apud hos, suffixo *si* causativa configantur, hucusque in uno tantum Namorum exemplo factum vidi: *dai* sugere, lactare (Lk. 11, 27.): *daisi* mammam praebere, alere (Lk. 21, 23. 23, 29. ) <sup>2)</sup>. Quacum forma num causativa seu permis-

---

1) Veluti Kf. Cuan. *bona*, Her. *munā*, Ang. Cong. Kak. *mōna*, Mpongwe *pona*, Suah. Pokom. *ona*, Nama *.mu*, Kora *mu* videre.

2) E ceteris linguis sexualibus non Gallaei tantum sibilante suffixa causativas verborum formas effingunt (Tutschek §§. 44. 53—91.) et qui his affinitate proximi sunt *Seho* vocati, sed Berberi (cf. Newman p. 314.) et Semitae etiam praefixa, quod Ewaldus ingeniosissime demonstravit in Zeitschrift für Kunde des Morgenlandes, 1845. tom. V. p. 418.

siva in *kosi* terminata quae apud Koros reperiuntur (Appl. p. 25. XVIII.) cohaereant nescio, cum horum exemplum apud Namos viderim nullum. Neque vero hic praeterire licet suffixum, quo in Magna stirpe feminina distinguuntur (*kazi*, *fazi* apud Kafiros, *gaze*, *kaze* apud Hereros, *ari*, *sari* apud Cuanos), cui apud Kafiros semel saltem causativa inest vis, saepius autem intensiva, quam causativae proximam esse et Hotentotica et Indogermanorum linguae nos docent<sup>3)</sup> (vide Appl. pp. 255. 107.).

Cum suffixo dein nominum femininorum pluralium (*ti*) eodem modo Magnae stirpis praefixum plurale quod septimo illi respondet, octavum dico (apud Kafiros *zi*, apud Cuanos *li*, apud Finguos *ti?*), comparare queas: quamquam meras hic profero coniecturas quae cunctae tamquam symmetria quadam coniunctae sese invicem excusant.

Multo autem certiore ratione tria alia generum signa cum aliis orationis partibus comparantur. Sic suffixum nominum masculinorum pluralium (*ku*) ab eo non differt, quo verba reciproca configuntur (Appl. §. 11, XVII.): et generis masculini dualis notae (*kha*) affinitas vindicanda videtur cum voce *khab* bellum, pl. *khaku*, unde etiam *khakoiku* milites. Particula dein *i*, qua suffixa nomina communia singularia for-

---

3) Haud e re esse videtur omnem verba causativa in Namorum dialecto formandi rationem paucis verbis hic exponere. Permissiva quidem, quibus etiam causativa vis nonnumquam inest, suffixa voce *kai* configuntur, quae praeterea 'magnus, crescere' decla-

rat (veluti in *kai*-<sup>1</sup>*hai*-<sup>2</sup>*kais*<sup>3</sup><sub>4</sub> magna arbor facta est): vera autem causativa et suffixo *i* (de quo inferius) et plerumque reduplicata stirpe oriuntur, sicuti: *.ui* vivere, *.ukai* servare; *.mu* videre, *.mukai* visu donare alqm. (Lk. 7, 21.); *.oa* plenus, *.oa·oa* implere: *:an* cognoscere, *:an:an* alqm. certiorem facere; etc. Qualem vim reduplicationi inesse, praeterea apud solos vidi Indogermanos (cf. Curtius, die Bildung der Tempora und Modi etc. pp. 154, 155. 163.), qui varia huius formae notione alias linguas longe superant, cum in his una fere intensiva ei tributa videatur.

mantur, praeterea et existere significat, et verborum stirpi suffixa causativam ei addere potest notionem (cf. c. IV. annot. 5.), sicuti:

.ma (Kf. Cuan. *ema*) stare, .mai sistere;

.:nu sedere, .:nui { ponere.  
'goe iacēre, 'gui {

Suffixa communia singulare et plurale si cum formis Magnae stirpis comparanda essent, illi nonum, huic decimum respondere possent praefixa: sed singula utriusque stirpis elementa nondum certa ratione inter se conferri posse diximus. In Namica autem dialecto ipsa quod cum suffixis nominum communium pluralium (*in*) et dualium (*ra*) comparetur, nil hucusque occucurrit.

Ad diversam generum Namicorum notionem subtilius accuratiusque distinguendam ea quae praesto sunt auxilia nequaquam sufficiunt: unde quod effici potuit, eo prodi videatur tria genera in inanimatis ita distincta esse, ut masculinum loci vel partis premat notionem, femininum organismi et universalitatis, commune denique naturae, substantiae, materiae. Quae ratio cum suffixorum origine, quatenus constat, praeclare congruit: sed et parum ad manum habeo exemplorum, et in talibus rebus distinguendis ut fallamur, saepius fit, quam qui hoc discrimen iam certis finibus circumscripsisse existimari possimus. Nonnumquam etiam suffixo non tam nominis notio determinata est, quam generi tantum significando inservit, cum certo generi tribuatur unumquodque nomen Hottentoticum oportuerit.

Octo generum, in quae Namorum nomina dispersa sunt, unum, commune singulare iam in Kororum dialecto desideratur (vide Appl. p. 18. 19.).

## IX.

Pronominum vice in linguis Africae australis particulas quibus nomina conficta sunt fungi dictum est (p. 8.): quare ad unum quodque nomen cuius generis pronomina pertineant,

ex eius praefixo vel suffixo pendet. Sed cum in Magna stirpe genera primum (singulare) et secundum (plurale) solis hominibus tributa essent, lingua facile eo pervenire poterat, ut aliorum quoque generum nomina ad homines pertinentia ad illa genera transferret. Quod quidem semper in nominibus propriis hominum factum est, quorum singularia primi, plura-lia secundi generis pronominibus gaudent, et apud Kafiros etiam articulis (Appl. §. 82.). Quorum instar praeterea quoque nonnulla nomina ab Hereris saltem ex aliis generibus ad primum et secundum translata sunt, sicuti: *ombepo* (conf. p. 37.), quod si ventum significat noni, si autem spiritum primi generis est. Eodem modo apud Kafiros *umoya* ‘ventus’ tertii, sed *umoya* ‘spiritus’ primi generis est, dum apud Cuanos respondens *moea* ‘spiritus’ tertio tantum tribuitur.

Insignes vero Hereri eo sunt, quod nonnulla nomina pronominibus utuntur, quorum pars quidem ex eorum praefixo petita est, plurima verum eius generis sunt, ad quod nominis notio spectat. Sic in sententia *erumbi roje ua sora* ‘frater tuus potest’ *erumbi* ‘frater maior, soror maior’ cum quinto praefixo confictum est, ad quod genus etiam *roje* (= *ri-a-oje*, ubi *a* genitivi signum et *oje* pronomen secundae personae singularis est) ‘tuus’ pertinet: sed *ua* (Kf. *uya*, Cuan. *oa*), in quam formam pronomen cum verbo auxiliari *ja* ‘ve-nire’ (Kf. *ya*, Cuan. *ea ire*) coaluit (cf. c. IV. annot. 2.) primi generis est (cf. p. 23.), eique in quinto genere *ra* (pro *ri-ja*) respondet. Parique modo etiam ad eius plurale *omarumbi* partim sexti, partim secundi generis pronomina re-lata sunt, et diminutivum *okanalje* ‘infantulus’ (cf. p. 34.) et decimoquarto et primo adscribendum est.

In configendis Magnae stirpis pronominibus unam pri-mitivam formam saepe in multas easque nonnumquam dissi-miles divisam esse vidimus pro diversa vi et usu eisque, quae, si aliae — praecipue demonstrativa — accedunt particulae, adhibendae sunt, euphoniae legibus (cf. p. 23. 24.). Apud Hottentotos contra pronominum formae vix umquam variant, et in Namica saltem dialecto in his ne eae quidem quae in

nominum suffixis locum habent euphoniae leges (vid. p. 41.) observantur.

Singulorum quidem pronominum formam notionemque hic explanare longum est: neque vero silentio praeterire possumus rationem qua haec verborum stirpibus coniunguntur: qua quidem perspecta dijudicari licebit, quem gradum cogitatio assecuta sit, num actionis notionem re vera comprehenderit, verbique et nominis discriminem clare perspectum sit. Qua in re lingua Hottentotica Magna stirpe paullo inferior existimanda est, cum in hac iam affixis temporis et modus signis verbum insignius redditum sit (vid. c. IV. annot. 3.). Sed in ipso cardine coniugationis, in distinguendo verbo transitivo, utramque stirpem haud satis actionis naturam intellexisse elucet: licet hac quoque in re Hottentotica lingua Magna stirpe aliquantulum supereretur. Nam in illa ea semper vox arctissime cum verbo coniuncta est, quae e mente Hottentotorum maxime eo afficitur. Haec autem in verbo transitivo nequaquam agens, sed patiens semper persona est, quippe quae actione vehementius tangatur. Atque hic quidem lex illa constructionis Hottentoticae, qua graviora praeponenda sunt minoribus (cf. p. 8. 10.), ita inflexa est, ut obiectum si nomen est semper verbum praecedat. Quare haec ratio indicandi obiectum verbi ab ista haud differt, qua in compositis elementum determinans semper determinando prius est. Neque pronominis, si cum vi efferendum et demonstrativo ideo auctum est elemento, ratio hac in re differt: sin levius eius est momentum, verbo simplex suffigitur. Cuius duplicis rationis hoc videoas exemplum, quod tamquam coniugationem verbi 'gam (interficere) demonstrat:

'gambi	et	.’oeib	'gam	eum	interficere
'gamsi	"	.’oeis	'gam	eam	"
'gami	"	.’oeii	'gam	eum, eam	"
'gamku	"	.’oeiku	'gam	eos	"
'gamtı	"	.’oeiti	'gam	eas	"
'gamin	"	.’oein	'gam	eos, eas	"

‘gamkha et .’oeikha ‘gam αὐτῷ ἀποκτείνειν  
‘gamra „ .’oeira ‘gam αὐτῷ, αὐτᾷ „

Omne vero adtributum, sive simplex sit verbum sive addito obiecto, subiecto praecedatur necesse est.

Quacum Hottentoticae constructionis ratione Magna stirps conversa quidem singularium partium serie (cf. p. 10.) fere consentit. Nam obiectum, si nomen est vel pronomen demonstrativum, verbum sequitur: simplex autem pronomen ei praefigitur. Sed idcirco hae linguae illa praestantiores habendae sunt, quod in eis semper pronomen subiectivum praefixum copulae vice verbum cum nomine coniungit, sicuti in: *monona oa rata* vir amat, *monona oa rata mosari* vir amat mulierem, *monona oa mo rata* vir eam (eum) amat; *banona ba cuere* viri ceperunt, *banona ba cuere sellapi* viri ceperunt piscem, *banona ba se cuere* viri eum ceperunt (cf. c. IV. annot. 2.).

Distinctis quidem in nonnullis generibus pronominalium subiectivorum et obiectivorum formis (v. p. 23.) ad recte perspiciem verbi naturam proprius accedunt: attamen imperfectam rationem satis eo demonstrant, quod obiectum arctius semper cum nomine coniungunt, quam subiectum. Quia in re imprimis pronomina obiectiva praefixa obstant, quominus subiectiva cum verborum stirpibus in unum corpus coalescant: quare rarer eorum apud Hereros usus linguae nequamdam damno est.

Lingua vero Coptica, utique fere non Hottentotica tantum, sed etiam Magnae stirpis linguis longe superior, non subiectum, sed obiectum proxime cum verbo coniungens obiter rem tractanti ad illarum imperfectum coniugationis modum accedere videatur. Sed re vera propriam verbi naturam Coptos non latuisse, tum linguae veteris Aegyptiacae condicio tum in Coptica ipsa grammaticorum quas dicunt exceptiunculae docent: unde apparet linguam primitus pronominalibus subiectivis suffixis verba transitiva creasse. Quae actionis signa abiici poterant, cum notio cui indicandae inserviebant

menti informata esset. Similisque rationis exempla in ceteris quoque linguis sexualibus occurunt, praecipue Indoger- manicis, quas propterea A. W. von Schlegel ingeniosissime in syntheticas et analyticas dispertivit. Quarum quidem discrimen praecipue id est, quod in analyticis pronomina subjectiva verbo suffixa aut prorsus abiecta sunt, aut, si quid reliqui factum est, pristina vi et efficacia omnino carent, sicuti non in Neo-Latinis tantum linguis et in Anglica, sed etiam in nostra Germanica. Copticam autem linguam analyticam esse, non hoc solo signo proditur: necessario tamen, utpote quae e non tam exulta synthetica nata, illis longe inferior erat. Sed hoc discrimen explanare ab instituto nostro alienum est.

Quod vero adtinet ad Copticum verbum, huic cum obiectum, sive nomen sive pronomen, semper postponendum sit, affixum cum eo in unius corporis speciem coalescere magis videtur, quam re vera fit: neque id bene perspectae verbi naturae obficere potest. Nos autem prorsus simili modo dicimus: *ich nahm's, je le prenais*, etc.

Immensum igitur quantum distat Coptorum lingua ab humili ista Hottentoticae condicione. Gradus autem discrimen communi earum origini nequaquam obstat: sin vero demonstrari potest, eo gravius ei attribuit momentum, cum quomodo homo sublimem illam cogitationis gradum adscenderit perspicere multorum sane intererit.

Magnam stirpem Africae australis et Hottentoticam propterea ex una radice derivandas censebamus (p. 8.), quod in utraque non tantum nomina in genera a natura non distincta divisa sunt, sed haec divisio etiam ex eadem in utraque pendet ratione qua particulae nominibus formandis inservientes pronominum vice funguntur. In Coptica quoque ceterisque sexualibus linguis genera nominum grammatica naturae haud penitus respondent: atque, ut apud Hottentotos, haec in animatis ad sexus discrimen relata sunt. Quare parem hanc rationem ex eadem causa explicandam esse nostro iure expectamus: et re vera ita est.

Coptica lingua nunc tribus adstricta est generibus non-minum: masculino singulari, feminino singulari, communis plurali. Dualis prorsus amissi linguarum historia alia quoque praebet exempla: neque mirandum est communi singulari linguam carere, cum idem genus iam Kororum dialecto desit (vid. p. 44.). Quod autem plurale unum tantum genus Coptis est — dum Hottentoti tria distinguunt — facile ita explicari licet, ut priora plura in unum confusa sint: id quod in Magnae stirpis Africae australis linguis nonnulla genera experta esse vidimus (v. pp. 24. 25. 31. 34.).

Generum signa tum particulae sunt quibus nomina confinguntur, tum inde petita pronomina. Illis quidem reservatis haec nunc comparantur.

Pronomina suffixa tertiae personae apud Coptos sunt:

sing. masc.	sing. fem.	pl. comm.
<i>f</i>	<i>s</i>	<i>u</i>

quibuscum congrua existimamus Hottentotica haec:

sing. masc.	sing. fem.	pl. masc.
<i>b, bi</i>	<i>si</i>	<i>ku</i> (cf. p. 41.)

Singularis numeri pronominum in lingua Coptica eadem ubique formae sunt quae illorum suffixorum, exceptis pronominibus demonstrativis articuloque inde pelito, ubi formae masculini sing. *p* (*pi, pe*), apud Memphitas etiam *ph*, feminini sing. *t* (*ti, te*), Memph. *th*, occurunt. Sed in his variantibus euphoniae plurimum momenti adscribendum videtur. Neque hic praetereundum est, Hottentotis non duplarem esse labiale, sed unam tantum, quam alteri *b*, alteri *p* scribunt. Adde quod labialis sibilans (*f*) eis prorsus aliena est. Litterae praeterea *t* et *s* etiam apud hos nonnumquam commutantur.

Formae contra pronominum Copticorum generis communis pluralis non omnes masculinis pluralibus Hottentotorum comparari possunt, cum ceteris quoque generibus pluralibus respondentes occurrant: quod quomodo fiat, haec doceat tabula.

**Pronomina**

Namica		Coptica	
masc. sing.	<i>b, bi</i>	<i>b, p, ph</i>	masc. sing.
fem. sing.	<i>s, si</i>	<i>s, t, th</i>	fem. sing.
comm. sing.	<i>i</i>		
masc. plur.	<i>ku</i>	<i>u</i>	
fem. plur.	<i>ti</i>	<i>se</i>	comm. plur.
comm. plur.	<i>n, in</i>	<i>n</i>	
masc. dual.	<i>kha</i>		
comm. dual.	<i>ra</i>		

Pronominum pluralium communium forma *se* — quae Hottentoticae *ti* respondens novum dentalium et sibilantium invicem commutatarum exemplum praebet — pronomen subiectivum est in praesenti et futuro primo apud Memphitas Thebanosque, et apud hos etiam in subiunctivo, ubi Memphitae formam *u* adhibent, quae in ceteris temporibus omnibus communis est, obiectiveque et possessive sola suffigitur. In pronominibus demonstrativis denique et in articulo *n* locum obtinuit.

Quae distributio cum praesertim usu effecta videatur, rationis momentum eiusmoti tantum erat, ut ea plerumque forma sumeretur, quae cum aliis particulis ne confundatur minime cavendum erat. Sic si *n* subiecto aut obiecto indicando inserviret, pronomini primae personae pluralis nimis similis esset, quocum in pronomine demonstrativo et in articulo non concurrebat. Si contra forma *u* definitum pluralis articulum significaret, hoc ab indefinito singularis internosci non posset. Crebriori denique pronominis pluralis *se* usu id obstabat, quod facillime cum pronomine feminino singularis (*s*) confundi poterat.

Quam igitur coniecturam supra proposuimus, in Coptica lingua priora tria genera nominum pluralium in unum coalusse, prorsus comprobata est. Quare sexualia nominum genera in hac et Hottentotica linguis haud temere ex communi earum matre derivantur: cuius lineamenta haec ideo maxima servavit fide, quod in humillimo remansit gradu. Sed ad maiora eveniti Aegyptii priores rationes immutantes novas inde effinxere: attamen etiam in ultimis linguae eorum ruinis certa prorsus affinitatis quae ei cum Hottentotica intercedit existunt vestigia, quae in antiquioribus monumentis aliquanto plura etiam esse coniicias. Sic in Coptica lingua pauca tantum exempla observantur affixorum nomina formantium, quae — aequa atque in Magna stirpe praesixa usitatissimorum nominum (cf. p. 14.) — remanente ipsorum vi abiecta sunt. In Aegyptiaca autem lingua masculina quidem nomina affixo suo carere videntur: feminina contra eo insignia sunt quod in *t* exeunt (Lepsius, lettre à Rossellini §§. 48—50.), et pluralibus *u* affixum est, quo signo Coptica quoque pluralia nonnulla distincta sunt.

Suffixis adiectivorum, in quibus Coptis quoque generum signa remansere (m. s. *f*, f. s. *s*, comm. pl. *u*), haec primitiva vis qua nomina effinguntur adscribi nequit: sed pronomina sunt quibus adiectivum ad nomen refertur.

Omnia autem particularum illarum, quibus nomina conformata sunt, in Coptica et Aegyptiaca linguis residua perlustrare nonnisi in his disciplinis versatorum est: quamquam de eorum formis, si eorum quae comparatis pronominibus Copticis et Hottentoticis efficiuntur rationem habemus, vix dubitari potest <sup>1)</sup>. Iam vero forsitan hic vestigia reperiuntur generis communis singularis, quod apud Hottentotos in *i* exire diximus.

---

1) Aegyptiorum pronomen suffixum tertiae personae pluralis *sn* theoriae nostrae illudere videtur: sed haec forma fortasse ita explicanda est, ut pronomini plurali *s* (Coptico *se*, Hottentotico *ti*), quo a feminino singulari (*s*) distinguatur, alterum pronomen plurale *n* (Copt. Hott. *n*) suffixum sit.

X.

Quam Coptica lingua dimisit, sexualem nominum pluralium distinctionem Semiticæ retinuerunt: et affixum femininorum pluralium *āth* seu *ōth* eidem Hottentotico *ti* simile est, quocum Copticum pronomen plurale commune *se* comparandum esse diximus (p. 50.). Sed et Semitae ad permiscenda genera pluralia inclinantes cum ad nomina masculina rettulerunt hanc, tum femininis illam indiderunt terminationem, quae plerumque masculinorum pluralium est. Haec autem ipsa primus non masculina, sed communis fuisse videtur, cum eius forma — Aethiopica *ān*, Arabica *īn* et *ān*, Aramaica *īn*, Hebraica *īm* — Hottentotico nominum communium pluralium suffixo *n* seu *in* (cf. p. 41.) optime respondeat. Germanum vero masculini pluralis signum in exitu nominum Semiticorum aut evanuit aut occultatum est. Dualis autem numerus apud Semitas eodem quo apud Indogermanos modo, producta pluralis forma, ortus esse videtur: quamobrem eius formae cum Hottentoticis (vid. pp. 40. 43. 44.) comparari non possunt (cf. p. 49.).

Neque affixi nominum masculinorum singularium in Semiticis linguis ulla remansisse videntur vestigia. Qua quidem in re cum Coptica congruit, quacum id quoque eis commune est, quod in multis femininis singularibus signum generis mansit, cuius formae *t* et *at*, unde tertia *ā* derivanda est, optime Copticis *t* et *s* atque Hottentoticae *s* respondent (cf. p. 49.).

Quod ad pronomina, horum formas cavendum est ne cum particulis demonstrativis aliisque orationis elementis confundamus, quibuscum saepe ita coaluerunt, ut ipsa nonnunquam prorsus evanuerint: cui sorti pronomina in Magna stirpe Africae australis saepe obnoxia fuere (cf. Appl. §§. 161. 162.). Nam pronomina ea tantum esse censemus, quae a particulis quibus nomina effinguntur petita horum vice funguntur (vid. p. 8.): neque unquam particulae demonstrativaæ vel relativæ

pronominis vis esse potest, nisi cum signo sexuali coniuncta est, quo sive manifesto sive occultato pronominalis eius notio efficitur.

Iam vero singulas formas perlustrandi periculum subeatur.

Subiectivum quidem masculini singularis pronomen in verbo perfecto semper abiectum esse haud mirabimur, cum nominum masculinorum singularium affixo eadem sors contingit. Pronominum vero obiectivi, possessivi et demonstrativi formae *w*, *û*, *ô* ad Copticam (*f*) et Hottentoticam (*b*) proxime accedunt. Neque minus forma pronominis feminini singularis *ath*, *âth*, quae nonnunquam in *â* transit, cum eiusdem generis affixo nominum congruens cognitionem cum Copticis et Hottentoticis formis prodit.

Quod ad vocalem *i* pertinet, quae non apud Semitas tantum (in pronomine demonstrativo *hija*), sed etiam in aliis linguis sexualibus feminino distinguendo inservit, eius explicandae cum triplex praesto sit ratio, ad quam potissimum inclinem, dubius haereo: neque de ea re certus sum, num eadem ubique eius fuerit origo. Nonnunquam enim hanc vocalem ad stirpem in feminino melius reservatam referas: cui derivationi Coptorum praecipue nomina favere videntur, cum hic terminatione *i* non feminina tantum a masculinis, sed etiam pluralia a singularibus distinguantur (cf. Peyron gramm. c. VII. §. 2., VIII. §. 1.), illique numero pliores formae suo tamquam iure contingent. Neque vero negandum est, ab ipsis generum femininorum primitivis signis (Hottentot. fem. sing. *s(i)*, f. pl. *ti*) vocalem *i* profectam esse posse. Una denique restat explicandi ratio, qua genus commune singulare quod apud Namos littera *i* indicatur (cf. p. 40. 44.) ad femininum transmigratum esse dicas: quemadmodum commune plurale apud Semitas plerumque masculino contigit (cf. p. 52.).

Pluralia dein verbi perfecti affixa praclare nostram sententiam comprobant, qua Coptorum suffixo communi plurali *u* priorem masculinam notionem adscripsimus, idque cum Hot-

tentotico *ku* comparavimus: quare etiam negandum erat, non minus pluralium masculinorum apud Semitas terminationem primitus ad masculinum genus inclinasse (cf. pp. 49. 52.). Aramaei enim et Arabes verbum perfectum, si ad nomen plurale masculinum refertur, affixo *ü* distinguunt: terminatio *ä* contra (apud Arabes *nâ*) ad feminina pluralia spectat. Quae quidem quin ex *ath* orta sit, nil obstat: haecque conjectura dualis feminini forma in *athā* desinente satis confirmatur, cum hic numerus productis praesertim vocalibus plurali plerumque respondeat. Neque igitur hoc pronomen ab affixo nominum eiusdem generis abhorret, quod cum Hottentotico feminino plurali *ti* et Coptico communi plurali *se* comparandum esse diximus (p. 52.). Illaque masculini pluralis nota (*ü*) optime cum Coptica communis pluralis *u* et Hottentotica masculini pluralis *ku* congruit. Ad commiscenda autem genera pluralia Copticae linguae instar inclinantes etiam Hebraei et Amhari<sup>1)</sup> hanc rationem turbarunt et remoto feminino ista *ü* pluralis communis terminatio reddita est.

Ceterum pluralis signa recte semper discernere difficultum est, cum et hic numerus nasali indicari possit, et eidem litterae nonnunquam alia quoque attribuenda sit vis. Quare ceteris missis sola pronomina demonstrativa obiectivaque et possessiva illustrare in animo est: ubi quidem formae in *m* exeentes ad genus masculinum, illae in *n* contra ad femininum plurale spectant. Sed duplex forma ex una primitiva derivanda videtur, quae cum Hottentotica communi plurali (*n*) eademque Coptica comparanda est, cui respondens affixum nominum Semilicorum — Arabicum *îm*, Hebraicum *îm* — praeципue masculinis tributum esse diximus. Cum vero illarum formarum discriminem hoc sit, ut masculinum plurale labiali, femininum contra dentali nasali indicetur: hoc ita fortasse effectum est, ut nasalem olim affixa, nunc autem abiecta generis signa constituerint, quorum quidem masculinis labialis

---

1) Aethiopicam grammaticam non praesto esse vehementer doleo.

(sing. *w*, *û*, *ô*; pl. *û*), femininis dentalis (sing. *th*, *ath*, *âth*, *â*; pl. *âth*, *ôth*, *â*) contigit (cf. p. 51. annot.).

Masculinorum enim et femininorum generum notas ita comparatas esse appareat, ut ad utrumque numerum in unum confundendum maxime inclinent. Quare haud mirandum est, quod dimisso numerorum discrimine solum sexuale a Semitis in praefixis verbi infecti observatur: quorum masculinum *j* ex primitiva labiali *w* derivari posse Ewaldus non negavit, quae littera non minus quam feminini nota *th* praecclare ad affixorum formas supra enarratas referri potest.

Semiticis cognatione proximi videntur aliae e linguis sexualibus, quae in Africa reperiuntur, ut Gallaea (cf. c. VIII. annot. 2.) et Berberica. In illa genuina generum signa in solis paene verborum affixis apparent, licet coniugationis ratio in hac quoque lingua analytica sit, cum subiectum, nisi praecedente nomine significatum sit, semper pronomine separato indicetur oporteat (cf. p. 47. 48.). Cuius rei causa praecipue ea esse videtur, quod tertia persona singularis masculini cum prima eiusdem numeri plerumque consonat: qua quidem in re Gallaeorum *ani adema* et *ini adema* mirum in modum cum Francogallorum *je marche* et *il marche* congruunt.

Ad numerum pluralem dein in hac lingua haud aliter atque in Coptica sexus discriminem non pertinet; duplex autem tertiae personae forma, quae aut in *u* (praes. *ademu*) aut in *ani* (praeter. *ademani*) exit, antiquum hic masculinum pluralis genus cum eiusdem numeri communi in unum confusum esse prodit: qua igitur in re Gallaei ad Coptorum rationem proxime accedunt (cf. p. 49—51.).

Feminini denique generis, quod in solo singulari numero distingui dicunt, propria esse videtur ratio. Forma enim tertiae quam dicunt personae singularis feminini ad omnia collectiva pertinet: collectivis autem plerumque utuntur, si pluralis indicandus est numerus. Quare haud temere in affixum

femininum *ti* pristinas utriusque numeri notas (Hottentot. f. sing. *s(i)*, f. pl. *ti*) coaluisse censemus.

Sic in commiscendis generibus duae apud Gallaeos invaluere rationes, quarum alteram, secundum quam in signis sexualibus numeri confunduntur, in Berberica praecipue exulta est liigua<sup>2)</sup>. Nam in hac masculini et feminini generis uterque numerus — quod ad signa sexualia pertinet — vix unquam distinctus est: pluralis autem ut a singulari differat, suffixum *an* seu *in* adhibetur, quod Hottentotorum notae pluralis communis (*in*, *n*) praclare respondet. Cui suffixo cum Berberi ad femininum a masculino discernendum saepe notam sexualem (*t*) superaddant, facile inde coniicias in genere masculino plurali sexuale signum (*w*) evanuisse.

Praeter autem illam litteram *t* etiam *th* et *s* feminino distinguendo inserviunt, in quibus formis non minus quam in ceteris generum signis Berbericae linguae cum Hottentotica, Coptica et Semiticis cognatio satis perspicua est. Cum Semito-Africanis denique id Berberis commune est, quod nota generis masculini *w*, si verbo praefigitur, in alteram semivocalem *j* transit<sup>3)</sup>. Sed arctius etiam cognitionis vinculum, quam cum his linguis, Berbericae cum lingua intercedere videtur, quae *Haussa* appellata in Nigri fluminis vicinia viget (vide Prichard Researches 3. edit. Vol. IV. pp. 627—630.).

Itaque comparatis generum signis linguarum quotquot in Africa innotuere sexualium id apparuit, has omnes ex eadem progenitas esse stirpe. Sed ne his quidem opus fuit documentis: cum miram illam et, ut hoc utar, artificiosam rationem, qua sexus discriminem ad inanimata spectare videtur, plures natam esse vix poni possit (cf. p. 48.). Quare uni quae restat fa-

2) Confer Newman's grammar of the Berber language in: Zeitschrift für die Kunde des Morgenlandes. Tom. VI. p. 245—336.

3) In Gallaea lingua generum signa quae praefixa essent non animadverti, sed huius tamquam soror, cui *Saho* nomen est (cf. c. VIII. annot. 2.), hac in re cum Semiticis et Berberica prorsus consentit.

miliae linguarum sexualium — cuius non sorores tantum, sed cuncta quotquot in orbe terrarum reperiuntur mentis humanae instrumenta longe superantis filiam praestantissimam Germanicam esse gloriamur — eandem cum ceteris originem tunc etiam tribueremus, si pristina generum signa in ea prorsus evanuissent. Sed ne haec quidem linguae certis talibus consanguinitatis vestigiis omnino destitutae sunt, licet in eis illa elementa multo magis in succum et sanguinem transierint: et veluti homo ingenio praestans familiae gentisque normam excedit, nostrae linguae nova ex traditis crearunt. Itaque neutrum genus nactae sunt, verbumque a nomine nullae melius distinxere.

Nec si quis in genera nominum Indogermanicorum inquirere velit, illa praetermittere poterit. Quamobrem ne qua parum paratus in hac gravissima quaestione eaque difficillima tractanda periclitatus esse videar, ea ipsa quae iam de hac re eruisse mihi videor in posterum reservabo: speroque fore ut de cogitationis nostrae fundamentis mox adeo nobis constet, ut quomodo nostrae linguae cum ceteris sexualibus cohaereant certissima ratione demonstrari possit.

Ceterarum denique linguarum sexualium cognitionis quae assecutus sum vestigia quo facilius et quasi uno oculorum oblutu conspiciantur, duas tabulas addidi. Quarum in prima generum signa linguarum Hottentoticae, Copticae, Semiticarum, Gallaeae et Berbericae ita exhibita sunt, ut optime inter se comparari possint: altera genealogica eorum quae hac commentatione effecisse mihi videor summam brevissime indicatam comprehenditur.

# G e n e r u m s i g n a

58

Hottentotica	Coptica	Semitica	Gallnea	Berberica
masc. sing. bi, b	f, p, ph m. s.	m. s. w, ù, ô masc.	j	w, j masc.
masc. plur. ku	u com. pl.	m. pl. ù	u com. pl.	u com. pl.
fem. sing. si, s	s, t, th f. s.	f. s. th, ath, âth, â	th fem.	th, t, s fem.
fem. plur. ti	se com. pl.	f. pl. âth, ôth, â	ti, t fem. (s.)	th, t, s fem.
com. sing. i				
com. plur. in, n	n com. pl.	masc. ân, ûn, ìn, ìm	m. pl. n f. pl.	pl. an, in ani com. pl.
masc. dual. kha				
com. dual. ra				

Linguistics matter

in qua pronomina e nominum particulis derivatis petita sunt, ideoque nomina in genera dispersa quae cum naturae discriminibus non congrunt.

**Magna stirps Africæ australis**  
in qua sedecim genera, quorum duo ad sol  
hominum nomina restricta sunt.

in qua sedecim genera, quorum duo ad sola hominum nomina restricta sunt.

### **Familia australis**

**Familia septentrionalis**  
quac sedecim illa genera omnia  
retinuit, numerique discrimin  
meling Observat

Cuani  
Kafiri

### **Stirps sexualis**

in qua quodque genus et ad sexus et ad numeri discrimen inclinat. Sic octo saltē genera distinguuntur :

**masculina**: singulare, plurale, duale;  
**feminina**: singulare, plurale;  
**communia**: singulare, plurale, duale.

**Familia septentrionalis** Hottentoti  
quae communis singulare et  
utrumque duale genus amisit.

qui communi singulari carent. apud quos octo illa genera.

**Copti** qui tria genera pluralia in unum confunderunt.

## Berberi Gallaei [Seho]

Semite

**Berberi** apud quos eiusdem sexus genera coauere. Communis pluralis notae sola numeri notio maneat.

[*Sin praefixis significantur, eiusdem sexus genera semper coauere.*] et communis in unum coauere.

[Sin praefixis significantur, eiusdem se-  
et communis in ultimis varietate.

apud quos, si suffixis significantur, genera  
feminina singulare et plurale indistincta  
sunt: neque minus pluralia masculinum  
et commune in unum coerule.

[Sin praefixis significantur, eiusdem se-  
xus genera semper coerule.]

apud quos eiusdem sexus genera  
coauere. Communis pluralis notae  
sola numeri notio mansit.

apud quos, si suffixis significantur, genera feminina singularē et plurale indistincta sunt: neque minus pluralia masculinum

Semitic-African (Indogermani)

In componenda praecedente tabula monendum est, id tantum nos spectasse, ut tamquam historia distinctionis illius sexualis illustretur: neque nos fugit rationes quae inter singulas quas comparavimus linguas intercedant nequaquam omnes nos perspexisse, multas ne divinasse quidem. Sed aperta nunc est via, certaque ratione inter se comparari possunt linguae, quarum aliae supremum, aliae insimum paene humanitatis gradum p[re]se ferunt. Itaque ingenium humanum quomodo ab hac infantia ad nostrae aetatis culturam adscendit, cognoscetur.

---

#### E M E N D A N D U M.

*pag. 2. annot. 3. pro 'Gai. hoas sada Kub  
lege 'Gai. .:has sada 'Kub  
,, 38. in extrema textus linea pro Monjon lege Monjou.*


---

## E m e n d a n d a.


---

- pag. 2. *annot.* 3. *pro* 'Gai. :hoas sada Kub *lege*. 'Gai :hoas sada 'Kub  
" 2. " 5 *lin.* 6. *pro* I. 397—433; *lege* I. 423—433;  
" 11. *lin.* 4. *a fine pro forma lege formis*  
" 21. " 9. *pro melom* (lomao *lege* melomo (loma  
" 27. " 3. *dele punctum post Kafir.*  
" 38. *in extrema textus linea pro Monjon lege Monjou*  
" 50. *lin* 3. *ab initio pro b, p, ph lege f, p, ph*  
" 50. " 10. *a fine pro eiusmoti lege eiusmodi*  
" 50. " 3. *a fine pro usu lege usui*  
" 52. " 11. *a fine pro t et at lege th et ath*  
" 56. " 2. *pro f. sing. lege f. sing.*  
" 56. " 6. *pro liigua lege lingua*  
" 57. " 7. *pro vestgiis lege vestigiis*  
" 58. " 8. *pro masc. lege masc. plur.*
-

36

















LIBRARY OF CONGRESS



0 003 011 085 7

